K ¶ Itē nō licet pbr̄o signare baptizatū i frō te sacro crismate sed in vertice. et ep̄s in cō firmatione crismare dz in fronte. de con. di. iiij. pbr̄i baptizatos. Signatur etiā baptiza tus cū crismate in capitis sūmitate p sacer dotē vt significet̄ sup eū spūs descēsio ad ha bitationē deo ꝯsecrādā p ep̄m eciā in fronte crismat̄ p quod eiusdē sp̄s sc̄i septiformis grā cū oī plenitudine sc̄titatis venire in ho minē declarat̄. de cō. di. v. nouissime.
L ¶ Sa cramētū ꝯfirmationis digni9 est baptismo f̄m quid. i. rōne ministri. Q2 eius ministra tio reseruata est dignioribus psonis ꝯ in di gniori materia celebrat̄. Sz baptismus di gnior ē ꝯ nobilior quo ad finē et effectū pri cipalē: tū q2 per ip̄m cōfert̄ grā maior: tum quia per ipsum primo homo efficitur mem brū christi. f̄m Ric. vbi s̄.

¶ Incipit. iiij. pars de sacramēto eukari stie in generali. Cap. primū.

A Um p sacrm baptismi hō regene rat̄ ꝯ efficit̄ viuēs vita spūali ꝯ su pernaturali ꝯ p sacrm cōfirmatio nis vita spūalis augeat̄ et roborēt̄ de quib9 per ordinē supradictū ē: cōsequēter de sacra mēto eukaristie p qđ hō viuēs in vita spūa li nutriat̄ ꝯ perficiat̄ suo ordine est tractan dū. vnde hoc sacrm excellēter dr̄ eukaristia id est bona grā. Q2 i hoc sacramēto nō solū est augmentū virtutis et gratie. sed ille tot9 sumitur qui est fons et origo totius bonita tis et grē. f̄m Magistrū. iiij. sen. di. viij. i p̄n cipio.
B ¶ Est ergo eukaristia sacrm corpor; xp̄i ꝯ sanguis veraciter cōtenti sub specieb9 panis et vini post cōsecrationē factam a sa cerdote sub certis verbis cū debita intentiōe prolatis ex institutione diuina veraciter si gnificās corpus xp̄i et sanguinē sub eis rea liter contineri f̄z Scotū. di. viij.
C ¶ Hoc sa cramētū dr̄ vnū nō vnitate indiuisibilitat; sed vnitate integritatis. Q̄uis eī species ille scz panis et vini sint diuerse. Similit̄ caro xp̄i et sanguis sub illis speciebus; contēti di stinguūtur inter se: tñ quia ꝯstituūt vnū si gnatū totale scz corpus xp̄i qđ vnuz est vni tate integritatis et totum sub vtraq̄ specie contentū. Ideo species ille sunt vnū sacra mentū et vnius sacre rei signū. Et licet spe cies panis primo representet corpus christi. et species vini sanguinem. Tñ quia illa sci licet corpus et sanguis non sunt ab inuicem separata neq̄ a christo: ideo a consequenti quelibet illarum specierū representat sicut et continet totum xp̄z. Similiter hoc sacra mentum ordinatū est ex institutione diuina ad nutritionem spūalem que consistit i po tatione intellectus per fidei illustrationē: et cibationem affectus per caritatem ad simi litudinem integre refectiōis corporalis que comprehendit cibum et potum. Uoluit er go christus in hoc sacramēto contineri sub specie cibi et potus vt esset in hoc sacramē to integra significatio rei quam efficit in suscipiente scilicet integre nutritionis spiri tualis f̄m Ric. ¶ Eukaristie sacramentum excellit alia sacramenta in. iiij. Primo quia veracissimū est in significando. Alia v̄o sa cramenta veracia sunt q̄tum est de se: s̄z tñ quandoq̄ nō habent effectum suū pp̄ter i dispositionē suscipientis. Istud tamen sa cramētū nūq̄ caret suo signato. Scđo. q2 hoc sacramētū ꝯtinet realiter quod signat: scz verū corp9 xp̄i. nō sic alia sacra. Tercio quia alia sacramēta significāt grām accidē talē inherētē suscipienti. istud aūt signat grāz subsistentē scz verū corpus xp̄i ibidem exi stens. Quarto quia alia sacra consistunt in

vsu et fieri. ita q idem est in illis quasi sacra
mentu et perceptio sacri. vt patet de baptismo
cuius nihil remanet cessante perceptione.
hoc aut sacrm est quoddam permanens etiam
ante vsu. Et licz tu in consecratione seu confectio
ne huius sacri si digne recipiat gra confertur
potius tn in perceptione q in consecratione.
Quia actus perceptionis signat nutritionem
spiritualem que est per gratie collationem scdz
E Scotu. di. viij. ¶ Item hoc sacramentum
perficitur in consecratione materie: sed no in
vsu. Alia vero sacramenta non in consecra=
tione materie: sed in vsu perficiunt. vt patz
de baptismo et confirmatione et vnctione q no
perficiunt in benedictione aque et crismatis
sz in ablutione et vnctione cu determinatis ver
borum formis. Circa eukaristiam aduerte q qd
dam est ibi sacrm tm. s. species panis et vini
Et qdda res tm et no sacrm vt corpus xpi
misticu. i. ecclesia. Quoddam res et sacrame=
tu vt corpus christi veru quod contraxit de vir
gine. illud eni est res primi et sacrm secundi. p
mi sacri. s. illarum specieru / et sacramentuz
corporis xpi mistici. i. ecclesie. scdm Thoma.
F ¶ Sub vtraqz specie continet totus xps in=
diuisus. s. corpus et anima et deus et homo.
Sub specie panis est corpus xpi p conuersio=
ne sanguis p concomitantia siue connectione
anima per connectione siue informationem
ac deitas p vnione. Similit sub specie vini
est sanguis xpi p conuersione corpus xpi p conco
mitantia / aia p informatione siue connectione /
deitas p vnione. Preterea tot9 xps sic e sub to
ta specie panis et etia sub tota specie vini qd
est i qlz ei9 pte totus / siue species illa sit diui
sa siue integra: ac per hoc no est ibi proprie
circuscriptus vel occupans locum siue situ
habens aut perceptibilis per aliquem sensuz
corporeu. Exemplu huius habem9 in specu=
lo quod si diuidat in multas partes in qua=
libet apparet ymago que prius apparuit in
integro. Idem etia est de sermone que mul
tis recito: qz quilibet auditorum illud totuz
recipit. vn qmuis sermo sit vnicus in profe=
rente: est tn totus in quolibet audiente.
¶ Multa mirabilia sunt in hoc sacramento
Primum est q corpus xpi est tante quantita
tis quante pependit in cruce. et modo qui est
in celo est in eukaristia id est sub speciebus il=
lis: et tn non excedit terminos alicuius spe
cierum. Scdm quod sunt ibi accidentia sine
subiecto: scz quantitas / figura / sapor / albedo
et hmoi. Terciu q panis ita conuertitur in
corpus christi quod nec est materia corporis
christi nec adnichilatur. Quartum est q cor
pus christi non augetur ex multitudinis hostia
rum consecratione nec minuit per hostiaru
subtractione. Quintu q idem corp9 numero
est in pluribus locis simul. i. sub omnibus
hostijs vbiqz consecratis. Sextum q quando
diuiditur atterit seu frangitur hostia non di
uiditur atteritur seu frangit corpus christi:
sed tantumodo species / et manet sub qualibet
parte diuisa totus xps. Septimu q qn vide
tur hostia seu tangitur corpus xpi / nec tan=
gitur nec videt: sed tm species tangit et vi=
detur nisi voluerimus dicere q corpus christi vi
detur in speciebus siue accidentibus que ip
sum tegut sicut dicimus q rex videt cu vide
tur purpura ipsm tegens. Octauu est q stati
cu deficiunt seu corrumpuntur ille species ibi
desinit esse corpus xpi. Nonu est q cum no
sit ibi panis aut vinu. tn accidentia remanen
tia sub quib9 est corpus xpi eundem effectuz
habens que prius habuit panis: scz nutrire
saciare inebriare et huiusmodi. hec Thomas
H de veritatibus. lib. vj. capi. xj. et. xij. ¶ Su=
mitur aut corpus xpi velatu accidentib9 pro
pter. iiij. Primo propter meritu quo ad bonos
quia scdm Grego. fides non habet meritu cui
humana ratio prebet experimentuz. Scdo
propter indignitatem quantu ad malos et pro
pter imbecillitatem quantu ad oes. Cu eni filij is
rael no poterant in faciem moysi hois mo=
rtalis intendere quando resplenduit: a for=
tiori nec nos videre poterim9 claritatem cor
poris christi glorificati. Tercio. propter hor
rorem: qz non habemus in vsu carnem crudam
comedere. Quarto ne per hoc religio nra ri
diculosa infidelibus videretur si carnes cru
das nos comedere doceret. Prime due ratio
nes sumuntur a scto Thoma in tractatu suo
I de veritatibus. due secunde habent in glosa
de con. di. ij. ca. forte. ¶ Potius aute sumit
sub speciebus panis et vini corpus xpi q sub
alijs speciebus: quia ille due species magis
sunt amice. i. conuenientes humane nature
Et sicut corpus principaliter pane et vino
nutrit: sic humana anima corpore et sangui
ne christi precipue vegetatur: vt dicit glosa
K sup dictum capitulu. forte. ¶ Effectus hu=
ius sacri digne sumenti multiplex est. Naz
fortificat mentem contra vitia: virtutes au=
get delet venialia. et forti9 vnit membra ca
L piti. i. bonos xpianos xpo. vn versus. Confla
mat memorat: sustentat roborat auget. Do=
na spem purgat reficit vita dat et vnit. Co
firmatqz fidem minuit fortemqz remittit.

Roborat augmētat hoc sacrū delet et vnit.
De variis his effectibus eukaristie dicit Hu-
go. prout recitat sanctus Thomas in lib. de
virtutib⁹. Corpus xp̄i est medicina egrotis
dicta peregrinantib⁹/debiles confortat/va
lentes delectat/lāguorē sanat/sanitatē ser-
uat/fit hō mansuetior ad correptionē/pati
entior ad laborē/ad amorē ardētior/saga-
cior ad cautelā/ad obediendū promptior/⁊
A ad gratiaꝝ actionē deuotior. ¶ Postremo
nota q̄ quedā sunt de esse sacri huius et ne-
cessitate: quedā de bene esse ⁊ honestate. De
necessitate hui⁹ sacri sunt. iiij. scȝ minister
ydoneus ad consecrandū: materia debita:
sacra forma verborum et intentio debita cō
secrantis. De bene esse sunt locus congruus
calix argenteus. vestes sacre. et alia de q̄bus
B inferius diceē. vnde ꝟsus. ¶ Verboꝝ for-
ma. vinū cui mixta sit vnda. Panis tritici⁹
intentio presbyteratus. Missam perficiūt
ornatū cetera signant. Hec predicta. iiij. sūt
sunt de essentia eukaristie q̄ requiruntur ad
eius cōstitutionē: nō tamē ad ei⁹ durationē.
¶ De ministro ydoneo ad ꝯficiēd h⁹ sacrā. c. ij.

A Oportet q̄ ille q̄ hoc sacrā cōficere
debet sit sacerdos rite ordinatus:
potens debite proferre verba con
secrationis/et potens habere de
bitā intentionē faciendi secūdū quod inten
dit ecclesia facere. Vnde nō sacerdos. i. non
habens caracterem ordinis sacerdotalis nō
conficeret si attēptaret propter defectū pri-
me conditionis. ḋz enī ex̄. de sum. trini. et fi.
de cath. cap. firmiter. Hoc sacramentū ne-
mo potest cōficere nisi sacerdos qui rite fue
rit ordinatus secundū claues ecclesie. vnde
non baptizatus ordinatus de facto in sacer-
dotem non conficeret: quia nō recipitur ca-
racter ordinis nisi prius imprimatur carac-
ter baptismalis. Talis tū presbyē credens
se baptizatū ꝗuis non sit quo ad se bñ facit
et quo ad illos qui eum credūt legitime con
ficere ⁊ perficit tam sibi q̄ eis quod facit tā
q̄ verum sacramentū. ex̄. de p̄b. non bap. c.
ij. in vltima glosa. Propē defectum secūde
conditionis nō pōt mut⁹ conficere: nec ca-
rens vsu rationis propter defectū tertie ꝯdi
tionis: quilibet itaq̄ sacerdos habens condi
tiones p̄missas siue bonus siue malus. here
ticus siue scismatic⁹ degradat⁹ aut quātūcū
q̄ facinorosus proferens ꝟba cōsecrationis
sup materiā debitā ⁊ cū debita intētione cō
secrandi ꝯficeret eukaristie sacramētū de fa
cto ꝗuis nō de iure seu legitime. Cui⁹ rō est
q̄ nullus sacerdos quātūcūq̄ nephari⁹ etiā
degradatus amittere potest caracterē sacer-
dotalē sup quē fūdaē ꝯficiendi ptās. vel q̄
ē ipsa ptās ꝯficiēdi cū caracter ille sit indelibi
lis ⁊ a deo effectiue impssus ministeriali-
ter: aut ab ep̄o. nec potest tñ ab ep̄o ministeria-
liter deleri: q2 de⁹ nō sic instituit cū ministruꝫ
in amotione sicut in collatione. fm Rich. ⁊
Scotū. di. xiij. Sed q2 cuilibet scismatico he
retico/degradato/excōicato/irregulari/in-
terdicto/⁊ suspenso ab execuōne eoꝝ que
sunt ordinis: prohibitus est vsus sacerdota
lis: ideo tales grauissime peccant: sicut qui
libet pcti mortalis conscius et nō penitens
eukaristie conficiēs sacrm. fm Ric. vbi s.
¶ Nota etiā q̄ multa sunt ipedimēta q̄ im B
pediūt sacerdotem ordinate conficere. quoꝝ
quoddā est culpa tm̄. quoddam pena tantū
quoddā nec pena nec culpa. Impedimentū
culpe est cū sacerdos est ꝯscius sibiipsi de pec
cato mortali. Impedimētū qđ nec est culpa
nec pena. est cū sacerdos nō est ieiunus ieiu-
nio nature. a solis enī ieiunis debet hoc sa-
cramētū ꝯfici. vñ. vij. q. j. nihil. Null⁹ post
cibū potūq̄ quātūlibet minimū sumptum
missas celebrare presumat. Hoc aūt sacrm
non conficitur nisi in missa: ergo non nisi a
ieiunis est ꝯficiendū. Nō ieiunus autem ce
lebrans ꝗuis aūt grauiter peccaret nihilo-
minus ꝯficeret si aliud non obstaret. Si aūt
sacerdos ante missam os suū abluerit ob re
uerentiā sacri ⁊ gutta aliqua aque casuali-
ter stomachū intrauerit: non credo q̄ ꝓpter
hoc missa sit omittenda: maxime in die so-
lēpni: q2 nō videē hoc impedire dignam pre
parationem sacerdotis nec reuerentiā sacri.
nec est adq̄escēdū dicentibus: q̄ illi qui post
dictas matutinas bibunt in sero: nō est lici-
tum sequenti die celebrare: nisi iterū dictis
matutinis. hoc enī non inuenitur statutum
sufficit enim q̄ digestū sit quod sumpsit in
sero antequā celebret siue de nocte dormiat siue
nō. Si vero eodeꝫ die: scilicet post mediā no
ctem aliquid de cibo vel potu edendo vel bi
bendo sumpserit ꝗuis sit bene digestum nō
debet illo die celebrare: quia illud obseruat
consuetudo que est optima legum interpres
ex̄. de consuet. cap. dilectus. fm Richardū.
¶ Impedimentum quod est pena tantum C
est prohibitio act⁹ exercendi vel gradus re-
cipiēdi qui alias ꝯpeteret non prohibito: et
hec vocatur pena canonica: et istarū pena
rum quedam fūdate sūt sup defect⁹ natura
les: ⁊ q̄dā nō. Propter enī defect⁹ naturales

p̄hibentur quedaʒ persone in altari dn̄ico
ministrare sicut in lege veteri Leui. xxi. p̄hi
betur. Nō maculā habēs nō offeret panem
deo suo: nec accedet ad ministeriuʒ ei9. vnde
notabiliter defectuosi vt mutilatus / aut hor
ribili infirmitate detent9 / vt lepra. ꝯ huius=
modi ob reuerentiā sacramenti. ꝯ vitanduʒ
scandalū pusilloꝝ: ministrare in altari p̄o=
hibētur. quicquid enim potest sine peccato
mortali omitti: vitanduʒ est potius ꝙ ex ei9
exercitio scandalū generet̄ scd'ʒ Sco. di. xiij.
Pene vero canonice que nō fundant̄ super
defectus naturales sunt iste. degradatio. irre
gularitas. excōmunicatio maior. suspensio
ab executione eorū que sunt ordinis. simo=
nia. infamia. ꝯ quedā huiusmōi ad hec redu
cibilia. vt esse publicū fornicariū. publicum
vsurariū. et huiusmodi. requiritur ergo i cō
ficiente ordinate et rite omniū dictorū impe
D dimentorū ablatio. aliter eni nō est minister
ydoneus huius sacramenti. ¶ Celebrās au
tem de facto ꝙuis non ordinate quibusdam
dictorum impedimentoꝝ obstantib9 et non
prius amotis irregularitatē incurrit. vn̄ nō
sacerdos attemptans conficere vt sacerdos:
non solum peccat mortaliter sed etiam effi=
citur irregularis. ꝯ nichil facit id est nō con
ficit vt ex̄ de clerico non ordinato ministran
te. cap̄. i. ℣. ii. Et vniuersalit̄ q̄cunq̄ exeq̄ns
vel attemptans actum alicui9 ordinis queʒ
non habet irregularis est vt patet i dictis ca
pitulis p̄allegatis. Similiter degradatus
excōmunicatus maiori excōicatione. interdi
ctus. suspēsus ab executiōe eoꝝ que sunt or
dinis scienter celebrans seu ministrans in di
uinis est irregularis vt patebit. J. parte. vij.
cap̄. de irregularitate. et ibi nota que ignorā
tia excusat ꝯ que non. Jtem simoniacus in
ordine licet occultus. et etiaʒ simoniacus ex
alia causa si notorius sit suspensus est / quo
ad se et quo ad alios. ꝯ ideo talis celebrans si
ne dispensatione efficit̄ irregularis. xxxij. di.
preter. ℣. verū. in glosa ex̄. de simonia. ca. tā
E ta. ꝯ cap̄. accusatuʒ. ¶ Publicus fornicator
cuius crimē notoriū est vel p̄ sententiā vel p̄
cōfessionē p̄priā ꝙuis celebrādo nō fiat irre
gularis missa tn̄ ei9 audiēda nō est. xxxi. di.
nullus ꝯ ex̄ de coha. cle. ꝯ mu. cap̄. vēa. scd'ʒ
glo. et ca. q̄sitū. et ideʒ posset dici in publico
vsurario et de infami anteq̄ restituatur ꝯ q̄
uis celebrādo grauit̄ peccent nō tn̄ fiūt irre=
gulares: nisi de hoc inueniat̄ in canone men
tio specialis. Propter omissionē po illorū q̄
non sunt de essentia misse sed de honestate et

bene esse de quib9 infra dicetur ca. vij. nō in
curritur irregularitas nisi forte in duob9 ca
sibus. Primus est si quis sciēter celebret in
loco interdicto a iudice vt Innu videt̄. ex̄ de cle
ri. ex. ministrante. cap̄. postulasti. ꝯ de exces.
p̄la. tanta in glosa. Celebrans in loco in=
terdicto a iure vtputa sanguine vel semine
polluto non incurrit irregularitatē / tamē si
sit notoriū ꝙ locus sit pollut9 / peccat ibideʒ
celebrans ante recōsiliationē tanq̄ precepti
transgressor ex̄ de cōsecra. eccle. ca. vltimo.
si sit priuatū non peccat q2 nec recōsiliatiōe
locus idiget de necessitate. tutius tn̄ esset vt
secrete recōsiliaret̄. Secūdus casus est de ce
lebrante cum calice non ydoneo de quo ifrā
cap̄. vi. talis eni au / sit irregularis dubium
est quia pena illa dpsitionis que infligitur
ex̄ de cele. misse litteras. inflicta ē p̄pter mul
ta. q2. s. ꝯfecit de pane fermētato. celebrauit
cuʒ calice ligneo. sine aqua ꝯ igne. et ita du=
bium est an propter aliquod illorū separati
debeat illa pena infligi cū ibi oīa illa cōcur=
rebant. Jtem celebrans in loco non interdi
cto personis interdictis nō est irregularis q2
hoc in iure non reperitur. de istis petius vide
plenius. parte. vij, capitu. viij. a. ℣. ¶ Jtem F
sacerdos se in peccato mortali sciens de quo
non penitet. vel etiā existens in p̄posito pec
candi mortaliter ꝯ celebrans peccat morta=
liter propter irreuerētiā quā facit sacramen
to. i. corpori christi. ille vero q̄ non est in pec
cato mortali scd'm veritatē credit tn̄ se eē in
peccato mortali ꝯ celebrat cū tali consciētia
peccat mortaliter: q2 nō facit debitā reuerē=
tiam sacramēto. ille autē qui est in peccato
mortali. credit tn̄ verisimiliter se non esse in
pctō mortali si hoc p̄ueniat ex omissiōe de=
bite diligētie in examinādo cōsciētiā suam
vel si ex negligētia crassa vel affectata hmōi
peccatū tradiderit obliuioni celebrās in ta=
li statu non excusatur a peccato mortali q̄=
uis min9 peccet ꝙ credēs se esse consciū pec
cati mortalis cuius tamen reus non est et ce
lebrans cū tali conscientia. Si autē non sit
ex negligentia crassa vtputa q2 precessit in
uestigatio sufficiens ꝯ nullū occurrit pecca=
tum de quo non fuerit prius contritus ꝯ cō
fessus non peccat mortaliter celebrando licʒ
aliquod peccatum latens sit ex debilitate me
morie traditum obliuioni quia homo de le=
ge communi non potest esse certus an digne
peniteat an non / nemo eniʒ scit an odio vel
amore dign9 sit Ecclesiastes. ix. Sic ergo ac
cedens non peccat mortaliter sed conseque=

tur veniam latentis peccati / aliter enim qui
libet sacerdos celebrans exponeret se pericu
peccati mortalis qđ nõ est verũ hec Richar.
di. ix. et que de celebrante cum cõsciẽtia pec
cati mortalis dicta sũt: de quolibet suscipiẽ
G te eukaristiã ↄformiter sunt dicenda. ¶ Sz
vtrum sacerdos contritus de peccato mor=
tali sed non confessus celebrans vel ali⁹ eu=
karistiam sic sumens peccet mortaliter. Vi
detur hic distinguendum / quia aut habet co
piam ydonei sacerdotis et tempus sufficiẽs
ad confitendum / aut non: si sic peccat mor=
taliter. quia adhoc ꝙ homo sit dignus hoc
sacramentum conficere vel etiam suscipere
non solum tenetur reconsiliari deo per con=
tritionẽ sed etiã ecclesie per confessionem et
absolutionẽ. Si secũdo modo subdistingue
quia aut imminet scandalũ persone sue ni=
si cõmunicet aut populi. aut quia iam ince=
pit sacrum ministerium et in quolibet istoꝝ
trium licitum est sibi cõmunicare cum pro
posito confitendi. Si tamẽ sine scandalo vi
tare poterit ne tunc celebret si sit sacerdos /
vel tunc ne communicet si sit non sacerdos
debet quousqꝫ confessus fuerit abstinere.
H ¶ Item propter nocturnam pollutionem
que non est peccatum: abstinendum est a cõ
munione corporis dominici. si enim proue
niat huiusmodi pollutio ex crapula vel im
munda cogitatione que precessit in vigilia
que crapula vel cogitatio mortalia fuerunt
peccata. vel probabile dubium fuerit vtruz
fuerit tunc pollutio ex eis proueniens oĩno
prohibet a cõione. Si autẽ certũ est vel ꝓba
bile ꝙ non fuerint nisi venialia pctã tunc il
la pollutio non ꝓhibet nisi de honestate siue
de cõgruo. Si aũt proueniat ex nature sup=
perfluitate vel infirmitate nõ credo ꝙ opor
teret abstinere. hic Richar. ꝫ colligi possunt
predicta ex his que habentur. vj. di. ca. testa
I mentum. ¶ Ex premissis in hoc capꝫ. colli=
ge ꝙ solus sacerdos rite ordinatus ieiunus
a cibo et potu. non defectuosus in corpore /
seu deformiter viciatus nulla pena canoni
ca. sine censura ecclesiastica scienter innoda
tus. nulli⁹ peccati mortalis seu macule im=
pedientis conscius. obseruans locum ꝫ tps
congruum nihil scienter omittens de vasis
sacris ornamentis aut aliis ad celebrationẽ
concomitantibus / vel premissam ordinatio
nem ecclesie requisitis ꝓferẽs formã debitã
verboꝝ vsitatã cũ debita intẽtione sup ma
teriam congruã ordinate ꝫ debite cõficit cor
K pus xpi. ¶ Item sacerdos qui loco ꝫ tẽpore
debitis ꝫ ↄueniente opportunitate ac disposi
tione habitis non celebrans sed notabiliter
negligens peccat ꝫ timere debet ne sicut ser
uus inutilis pecuniam sibi traditã abscon=
dens a deo iudicetur scđm Rich. Nec solũ
est hoc intelligendum de sacerdotibus q̃ po
pulum sibi cõmissum habent: sed de aliis q̃
buscũqꝫ. Cũ enĩ ↄsecrare sit act⁹ dign⁹ ꝫ or=
dinat⁹ ad corp⁹ xpi verũ: nec respicit corp⁹
xpi misticũ nisi ex ↄsequenti: ideo ꝫ si nulli
hoi teneaẽ sacerdos tñ teneẽ dño reddere sa
crificium acceptum: nisi quis ex familiari
spũs sancti instinctu dimittat. Sacerdotib⁹
enĩ indistincte preceptũ est a xpo. Hoc faci
te in meam ↄmemorationem sm Tho. in
scripto. ¶ Sacerdos qui laborauit egritu=
dine: recuperata sanitate potest licite cele=
brare. vij. q. ij. in litteris. Si demoniac⁹ vel
epilenticus effectus fuerit abstinebit durãte
egritudine et per vnũ annũ postq̃ fuerit li=
beratus. xxxiij. disti. capi. ↄmuni et glosa.
Ibi facit distinctionem de epilentico .i. pa=
tiente morbum caducum ꝫ demoniacũ: mi
chi tamẽ videtur securius quemlibet talem
quousqꝫ plene conualuerit abstinere. Aliis
infirmitatib⁹ laborantes sacerdotes celebra
re possunt nisi ita debiles sint vt ceptũ offi
ciũ nequeant adimplere. vii. q. ii. ꝙ aũt i glo.
Leprosi i loco priuato celebrare possũt vel
inter leprosos: sed non in publico nisi adeo
sit corrupt⁹ ꝙ ministeriũ sine periclo exple
re non possit secundum Tho.

¶ De materia cõgrua hui⁹ sacri. Capm. iij

A Materia congrua immo necessaria
huius sacramenti est panis et vi=
num patet hoc de con. di. ij. cap. j.
ꝫ capi. nõ oportet. Nec de alia ma
teria confici potest. Quĩ xpus de tali mate=
ria confecit ꝫ conficiendũ instituit sꝫ Rich.
Panis enĩ consecrandus debet esse triticeus
de farina triticeã coagulata per aquam na
turalem non vino melle vel aqua artificia=
li seu alio liquore factus et non alius / qr ita
creditur panẽ illũ fuisse factum quo vsus ẽ
xps scđm Scotum et de con. di. ij. in sacra=
mento. Nec sufficit pasta: sed oportet ꝙ sit
panis / quia sic institutum est. Si vero fari
ne triticiẽ misceretur farina extranei grani.
sed non tritici in tam modica quantitate ꝙ
non varietur species: sed totum trahaẽ ad
materiam triticiam de pane inde cõfecto be
ne cõficeretur. Si autem tantũ misceretur
de farina extranei grani cum farina triticea
ꝙ traheret farinam triticeam in suam na=

tineā. Uel ꝙ resultaret ex illis spēs media/ de pane inde confecto. non conficeretur cor pus xp̄i: quia talis panis non foret eiusdeꝫ speciei cum pane de quo xp̄us confecit secū dum Rich. De pane facto ex amido nunq̄d ꝯfici poterit dubiū ē q2 forte nō ē eiusdē spe ciei cū farina cōi triticia: iō nō sine pctō ille q̄ p2epat hostias ꝯsecrādas tali dubio se ex= ponit faciēdo. f. eas de amido: s3 vtēs talib9 hostijs in consecratione magis excusaretur a peccato: q2 credit hostias huiusmōi ex de= bita materia factas/ et si verꝫ sit ꝙ amidum sit alterius speciei a farina triticea: conse= crans talem hostiā non conficeret. Nec tn̄ esset ydolatria talem hostiam adorare quia sacerdos supponit materiam illā esse cō= secrabilem et p2o se ꝯ alijs adorandā vt di= cit Scotus di. xi. De pane facto de spelta q̄a specie differt a frumento non pōt confici s3 quosdā alij dicūt oppm̄. ¶ Jtē panis made fact9 et attrit9 ſm similitudinē paste: q̄tūcūq3 remittat̄ duricies p̄cedēs dūmō manet i spe cie panis: est ꝯsecrabilis ſm Scotū. Simili ter de veteri pane disposito ad corruptionē manēte in specie panis: pōt ꝯfici q̄uis q̄uit pecceet exinde sciēter ꝯficiēs ꝓpt̄ irreuerentiā sacramēti. Et ꝙ species panis manet/ pōt cog̃sci ex hoc ꝙ ꝯtinuitas non est soluta nec alia accidētia omnino ablata. Si aūt tanta esset corruptio ꝙ panis species nō maneret: ex inde confici non posset ſcdm Tho. di. xi. Debet etiā panis consecrādus esse azim9. i. sine fermento: in signū ꝙ xp̄s fuit sine fer= mento malicie. Unde sacerdos scienter con secrans panē fermentatum q̄uis conficeret tamen grauiter peccaret. Quia xp̄s de azi= mo confecit ꝯ sancta romana ecclesia sic ob seruat et p2ecipit obseruari. Greci ergo vi= dentur grauiter peccare quia conficiunt in fermentato. nolentes se p2ecepto ꝯ vsui ro mane ecclesie ꝯformare hec Scot9. ¶ Ma teria calicis necessaria est vinū de vite quia sanguis xp̄i de alia materia q̄ de vino vitis confici non potest. de con. di. ij. in sacramē= to. Et debet modicum de aqua vino cōmi= sceri: ita ꝙ vinū poterit aquā absorbere. vt dicit Jnno. de officio misse pte. iiij. Si eī tm̄ apponit̄ de aqua ꝙ substātia vini absorbea tur: licet maneāt colo2 ꝯ sapo2: de illa mix= tura non pōt ꝯfici sanguis xp̄i ſm Tho. et Rich. cum illa mixtura: sit aqua rubea seu alio colo2e vineo colorata et non vinū. Si autē sacerdos ipsā mixturam ꝯsecraret ita ex̄pssiter ꝙ non tota substantia vini esset cor

rupta sed aliq̄ue pticule manerent cū aqua in p2olatione verboꝝ sacramentalium p2o babiliter potest dici ꝙ de illis particulis in= corruptis cōficeret̄ sanguis xp̄i. Plus ergo apponendū est de vino q̄ de aqua vnde per niciosus vsus eoꝝ qui plus ponunt in cali ce de aqua q̄ de vino rep2ehenditur ex̄. de ce leb2. missa. pniciosus. P2ecipiūtur eīm cessa re a communiōe quousq3 legitīe penituerit qui aliud q̄ panē ꝯ vinū aqua pmixtum in diuinis sacrificijs offerāt. de con. di. ij. cum oē. vbi rep2ehendunt̄ ꝯ qui pānū lineū mu sco intictū: per totum annū seruabāt. ꝯ ali= quā partem eius in aqua lauabāt tempo2e sacrificij. ꝯ offerebāt. ¶ Nota etiā ꝙ aqua vino apposita nō ꝯuertitur in sanguinē ni= si prius conuersa fuerit in vinum. s3 Rich. et Scotū. Si eīm in calice manerent vinū ꝯ aqua seo2sum ita ꝙ neutrū mutaretur in al teri9 naturā nec fieret alia natura tertia ex eis solū vini substātia p formā ꝯsecratiōis sanguinis transsubstātiaretur in sanguineꝫ aqua manēte nō ꝯuersa. Patet ergo ꝙ ma= teria necessaria calicis est vinū de vite. i. nō vinū artificiale/ seu de alio fructu ꝯp2essū. Nec refert an sit albū an rubeū/ spissū vel tenue/ dū tamen sit verū vinū quo ad effe= ctum sacramēti: q̄uis vinū rubeum sit p2e eligendū ꝓpter exp2essionem ꝯ similitudi= nem sanguinis/ nec est de necessitāte sacra= menti ꝙ aqua vino apponit̄. Greci eīm in conficiendo non apponūt aquā vino ꝯ ta= men vere conficiūt s3 Jnno. de officio mis= se pte. iij. Si ergo sacerdos vinū sine aqua consecraret vere conficeret sanguinem xp̄i: grauiter tamē peccaret si aquā dimitteret a ꝓposito vel contēptu traditiōis ecclesie. Si vero ex negligentia p̄termittatur ꝯ ista ne= gligentia ꝓueniat ex libidine mo2tali vt si ex cupiditate oblationū nimis accelereret sa= cerdos ne recedāt p̄sentes hoies: ꝯ in tali ac celeratione p̄termittat aquā: mo2talit̄ pec= cat. Si vero negligētia illa ꝓueniat ex libi= dine veniali vt si vacādo vbꝫ ociosis. vel a= liqui ꝯsili p̄termittat aquā venialit̄ peccat. si vero ꝓueniat ex intēta meditatiōe legis dei hmōi p̄termissio aq̄ nō ē pctm̄. d3 tn̄ se reuꝫ putare: q2 bonaꝝ mētiū ē ibi timere culpā vbi culpa minime rep̄it̄ s3 altissiodo. li. iiij. Aq̄ ideo ē vino apponēda/ tū q2 xp̄s vinū aqua mixtū ꝯsecrauit ꝯ discipulis suis tradidit sicut dt̄ Dama. li. iiij. Tū q2 de latere xp̄i i cruce exiuit sanguis et aq̄. li. iij. q2 cū vino aq̄ miscet̄ in calice: mistice signat ꝓplm̄ xp̄o

innāgēdū p̄ fidē ꝯ dignā sacramēti pceptibez
Aquā etiā misceri vino in calice statuit eccle
sia et p̄cepit de con. di. ij. cā omnē. ꝯ cap. j.
Et licet nouerit sacerdos aquā fuisse apposi
tam vino in dolio vel barello. non min⁹ ta
men debet aquā illi vino apponere in calice
q2 prior aqua non fuit vino apposita ad si=
gnandum misteriū quod regulariter signifi
cat appositio aque ad vinū in calice. hec Ri.
C di. xj. ¶ Item nota ꝙ de aceto nō potest cō
fici sanguis christi quia non est vinū sed fuit
vinum. hoc intellige de aceto cōpleto qḋ nō
est in specie vini: q2 tale acetū est effectiue fri
gidum. vinū vero effectiue calidum. de vino
D autē acerbo quod non cōplete mutatū in ace
tum potest confici. secūdū Tho. ꝯ Richar.
dicit enim glosa de cō. di. ij. ca. ij. ꝙ de aceto
conficitur si acetum illud factū fuerit ex vi=
no aliter non. q2 prope est eadē vsya: sed nō
puto verū. q2 vinum ꝯ acetum nō sunt eius
dem speciei sicut nec animal viuū ꝯ animal
mortuū s̄m philosophū. viij. methaphisice
eodē mō ex vino fit acetum: quo ex vino fit
E maturū. hec Tho. super. iiij. ¶ Itē de agre=
sta non conficitur. i. de succo vuarū imma=
turarū. q2 nō est vinū ꝗuis per maturitatē
possit fieri vinum. nec differt agresta a vino
solum: sicut completū ab incompleto in ea
dem specie / sed specifice sicut differt sanguis
a carne qui per cōplementū digestionis cō=
uertitur in carnem ꝯ sic agresta per cōplemē
tum digestionis in vua cōuertitur in vinū
F ¶ De musto bene potest cōfici secūdum Inno.
parte. iij. de officio misse / sed non potest con
fici de racemis vuaꝝ maturis q2 vinū con=
tentum in folliculis racemi magis habet ra
tionem edibilē ꝗ potabilē. Sed si necessitate
fuerit: botrus vel racemus. in calice compri
matur et de vino expresso cōficiatur. Prohi
bentur enim sacerdotes ꝯiungere vuas in sa
crificio oblationis. de con. di. ij. didicimus.
Alij dicunt ꝙ si vua matura ꝯsecrarec ꝙ hu
mor ꝯtentus in folliculis vere ꝯuerteretur i
sanguinem. sed tamen qui sic faceret graui
G ter peccaret. ¶ Item nota ꝙ si ex negligen=
tia vna gutta vel modica quātitas vini po
natur ad species sanguinis maioris quanti
tatis non mutatū gutta illa siue modica ꝗti=
tas in sanguinem nec econuerso. Sed vtraqꝫ
manet in sua natura. Si autem multum de
vino apponeretur vni gutte vel modice quā
titati specierū vini ꝯsecrati sicut fit in ablu=
tione: tunc desinit illi esse sanguis / quia illa
modica particula specieꝝ vini ꝯuersi diuidi
tur in partes tam paruas per vinū circun=
fusum ꝙ in nulla earum saluatur ratio sa=
cramenti. s̄m Ri. Antiqui dixerūt ꝙ ꝗtūcū
ꝙ addatū de vino. manet tū cōtinue sanguis
christi non sub speciebus vini superadditi:
sed sub speciebus vini cōuersi pri⁹. Si autē
adderetur liquor alius in tanta quātitate ꝙ
virtus eius plene dominaretur sup species vi
ni: conuerteret species vini in suā naturam
et desineret ibi esse sanguis christi. Si autē
tam modicus liquor alterius adderetur ꝙ vir
tus actiua specierū vini super ip̄m plene do=
minaretur: tunc species ille conuerterent illū
liquorē in vinū ꝯ nō in sanguinē / ꝯ remane
ret christi sanguis precise sub speciebus prio
ribus. Si autē tantus liquor apponeretur
ꝙ virtus illius ꝯ virtus specierū essent pro=
portionata proportione cōuenienti. mutue
actioni ꝯ passioni que requirūtur ad veram
mixturā resultaret vna natura tertia cū neu
tro miscibiliū specifice cōueniens: ꝯ sic desi=
neret ibi esse sanguis christi ad decisionē spe
cierum vini cōuersi. Hoc eni generaliter te=
nendum est ꝙ ꝗdiu manent species panis i
talibus dispositionibus que nō repugnarēt
naturaliter pani si adesset et species vini sub
dispositionibus que non repugnarent vino
si adesset. Manet sub illis speciebus corpus
christi et sanguis: cum autem fuerint sub di
spositionibus oppositis seu corrumpuntur
desunt sub illis speciebus esse corpus christi
et sanguis. ¶ De forma verborum requi=
sita in eukaristie cōsecratione. Cap. iiij.

Primo quo ad formā verborū sa= A
cramentaliū est notandum / ꝙ hoc
sacramentū nō habet aliqua ver=
ba pro forma sua sicut baptism⁹
quia tunc non esset sacramentū p̄manens /
cum verba non possunt esse nisi in successio
ne. ipsa tamen cōsecratio huius sacramenti
consistit in fieri. ꝯ requirit certā formā ver=
borum que ideo dicuntur verba sacramen=
talia q2 sunt forma consecrationis que est cō
fectio sacramenti. ¶ Forma v̄bo ꝯsecrationis B
panis ē hec. Hoc ē eni corp⁹ meū. Sicut hꝫ
vs⁹ eccle / sꝫ hec ꝯiūctio eī nō est de substātia
forme. tñ apponi debꝫ nec pōt scienter omitti
sine peccō grandi. sicut nec alia v̄ba canonis
p̄cedēna. Forma v̄bo reqsita necessario ē hec
Hoc ē corp⁹ meū. vt d2. iiij. sen. reliq̄ v̄bo ad
laudē dei dicūt. dicit eni Sco. di. viij. qḋ ꝗuis
v̄ba canonis q̄ p̄cedūt v̄ba ꝯsecrationis ꝯ etiā
verba sequentia nō sūt essētialiter ptinētia ad
necessitatē ꝯsecrationis. sūt tū oino n̄ omittēda

vnde non sine causa vt dicit ita connectit ec-
clesia totū canonē misse ꝙ ab illo loco Cōi-
cātes vsq ad illum locū post consecrationē
Supplices te rogamus: non est aliqua ora
tio que non cōnectatur cum precedēte. Uel
per coniunctionē copulatiuam vt ibi: Hanc
igitur oblationē: vel per pronomen relatiuū
infinitū vt ibi Quā oblationē. ꝛ ibi Qui p̄-
die. et post cōsecrationem ibi. Supra que.
vel per relationē. vt ibi Simili modo hec il-
le. et cuius sententia videtur valde pericu-
losū aliquid de serie verborum canonis omit-
C tere nō prolatū. ¶ Forma consecratiōis vi-
ni qua conficitur sanguis/ est hec secundū
aliquos. Hic est calix sanguinis mei. aliis
probabilius videtur vt dicit Tho. sup quartū
ꝙ hec sit adequata ꝛ requisita forma conse
crationis vini. Hic est enim calix sanguinis
mei noui et eterni testamenti misteriū fidei
qui pro vobis et pro multis effūdetur in re
missionem peccatorum. Cum enim illa verba
noui testamenti etiam sequentia: non con-
stituant nouā orōnē. sed sūt determinatio
predicati orationis precedentis ꝛ conditio-
nes apposite ad subiectū: vel predicatum lo
cutionis sūt de eius integritate: ideo omnia
verba predicta videntur ad forme integrita-
D tem pertinere. ¶ Quis ista ratio non mul
tum moueat vt ostendit Scotus di. viij. ta
men quia non est nobis certitudinaliter tra
ditū an tota illa series verborū dicta a xp̄o
vsq ibi. In remissionē peccatorum inclusiue sit
necessaria forma consecrationis: an solum
illa verba. Hic est calix sanguinis mei: ideo
periculosum est aliquid asserere de quo suf
ficiens auctoritas nō habetur ꝛ subdit Sco
tus. Consiliū do: vt sacerdos intēdens cō-
secrare: legat distincte verba canonis a prin-
cipio vsq in finē ꝛ tūc vere cōficit/ nec opz
vt dicit in quolibet sacramēto scire que est
forma precisa sed sufficit vti forma quā tra-
E didit ecclesia. ¶ Et si queratur quare in ca
none misse ponunē verba que nullus euā
gelistarum posuit. vt ibi. Eleuatis oculis in ce
lum. ꝛ ibi. Nouis eterni testamēti misteriū
fidei. dicendū est qđ multa fecit xp̄s ꝛ dixit
que nō sūt scripta. Quā apostolis ꝛ consequēter
ecclesia de familiari cōsilio sp̄us sācti suple
uerūt quod euāgeliste nō dixerūt: ꝛ hec ver
ba predicta ex aliis locis scripture collecta ex
dictis euāgelistarum: addiderūt vt nota. extra
F de cele. missa. ca. cū marthe. ¶ Et quia null9
euāgelistarum tradidit completā formā conse
crationis qua vtitur ecclesia: dicūt quidā ꝙ p

forma cōsecratio nis vini

nullius eorum verba rite ꝛ cum debita inten-
tione prolata fieret consecratio: quia euange
liste nō intendebant scd̄m istos tradere con
secrationis formam sed narrare historiā fa
cti. Alii dicunt cū quibus concordat Rich.
di. viij. ꝙ per quamlibet formā traditam ab
apostolis vel euangelistis potest confici: quia
omnes ille forme sunt eadem in sententia.
Alias vt dicunt greci nō conficerent qui vtū-
tur forma eis a beato Paulo apostolo tradi
ta hac. s. Hic est sanguis meus noui testa-
menti pro vobis et pro multis effus9. nobis
autē. i. latinis. Nō licet vti nisi forma supe
rius scripta sicut habetur in canone misse
propter consuetudinē ecclesie. Et quia beat9
Petr9 illā formā tradidit Romane ecclesie G
cui9 traditionē tenere securissimū est. ¶ Et
nota ꝙ in forma qua nos vtimur dr̄. Hic ē
calix sanguinis ꝛc. quod sic exponē. i. san-
guis meus in calice. Ponitur em̄ continens
pro contento. Matheus vero ꝛ Marchus di
cunt. Hic est sanguis me9 noui et eterni te-
stamenti. Subintellige. consecrator siue
dedicator noui testamēti sm̄ glo. sup dicta
verba Mathei. Uetus enim testamētū dedica
tum fuit sanguine hircorum ꝛ vitulorum. Nouū
testamentum sanguine xp̄i. Misteriū fidei
i. habens secretam ꝛ absconditam intellige
tiam fide tenendam. Dicitur autē misteriū
fidei quoniam ibi aliud creditur ꝙ cernatur. Cerni
tur enim species panis ꝛ vini: sed creditur veri
tas carnis ꝛ sanguinis xp̄i. vt habetur ex. de
cele. mis. cum marthe. Qui pro vobis ꝛ pro
multis effundetur pro multis dicitur: nō pro
omnib9 Quis enim sanguis xp̄i pro omnib9
fuerat effusus quo ad sufficientiā: non ta-
men oēs recipiēt illius sufficiētie efficatiā.
Et ne putaretur ꝙ soli genti iudeorum perti
neret huius effusionis effect9. Ideo postꝙ
discipulis suis qui erant de genere iudeorū
dixerat xp̄s/ pro vobis cōtinuo subiunxit.
Et pro multis supple de gētib9. In remissio
nem peccatorū. non ponitur ibi consequenter
vt proprius effectus huius sacri: sed vt effe
ctus passionis xp̄i. que per cōsecrationem sā H
guinis exprimitur. ¶ Quis huius sacra-
menti sit duplex forma consecratiua. Una
qua panis conuertitur in corpus xp̄i et non
in sanguinē ex vi verborū nisi forte per cō
comitantiā. Altera qua cōuertitur vinum
in sanguinem xp̄i et non in corpus nisi per
concomitantiam. Et prima totā cōpletam
operationē suā habet per se sine secūda. Aliꝫ
enim adorare hostiam consecratam ante

cōsecrationē sanguis esset ydolatria: nō tñ
ideo sūt dicēda duo sacramēta. Sed vnum
vnitate pfectiōis siue integritatis. Qꝛ ad ei⁹
integritatē requiruntur plura: sicut dom⁹
dicit vnū vnitate integritatis. sed nō ē vnū
sacramētū vnitate idiuisibilitatis ꝯtinuita
tis vt dictū est in pmo capitulo hui⁹ ptis. ℭ
I ℭ Itē neutra pdictaꝝ formaꝝ debet muta
ri in alia verba: qꝛ si mutarent i alia verba:
ꝯuis in eūdem sensū habere viderent nō cō
ficerent ſꝫ Altissiodoꝛū in lib. de missa. nec li
cet diminuere formā alterutrā trāsponere.
variare. corrūpere. vel addere sicut in capi=
tulo de forma baptismi dictū est. Nisi forte
ex inaduertentia vel simplicitate aliquid tā
le addatur quod significationem non mu=
tat nec errorē inducit. vt si dicat Hoc est ei
corpus meū. sctm vel imaculatū vel hmōi
sed qui sic faceret grauiter esset corripien=
K dus. vere tamē conficeret. ℭ Et si qrat cuꝫ
dicit Hoc est corp⁹ meū. quid demonstrat
per hoc pronomē hoc. dicit Ric. qđ fit demō
stratio ad intellectū in recto: et ad sensuꝫ in
obliquo vt sit sensus. hoc sub hac specie pre
sens. vel de propinquo futurū est corp⁹ me
um. Scotus dicit ꝙ ly hoc demōstrat illđ qđ
pro instanti cōplete ꝓnūciatiōis forme req
site erit sub speciebꝰ panis. Et fit demōstra
tio parti ad sensū et partim ad intellectū nō
disiuncti vt dicit Ric. sed determinate ꝓ illo
qđ erit sub speciebus panis in illo vltimo i
stanti. . Et sic oratio illa nō esset vera de vir
tute sermonis anteꝗ̄ fieret conuersio. vnde
posset dici scđm eū / ꝙ illa non est forma sa=
cramētalis: vt est oratio vera: nec vt est ora
tio falsa. Sed vt tale signū sensibile ꝓcce=
dens tempore et natura suam veritatem: si
cut causa scđm ordinē ꝓcedit causatū. Iteꝫ
nota ꝙ omēs propositiones ille sunt false.
Corpus christi est panis vel fuit panis. Pa
nis est corp⁹ xpi ⁊ a ꝗ hmōi. vbi pdicat pa
nis aut vinum de corpore christi. vel sāgui
ne: cum verbo essendi cuiuscunq; fuerit tē=
poris. Cū verbis autem significantibꝰ mo
tum formantur propositiones vere. vt pa=
nis conuertitur in corp⁹ christi. De pane fit
corpus christi. Panis mutatur transsub=
stantiatur in corpus christi ⁊c. Fractio par=
ticio masticatio ⁊ hmōi fit de forma exterio
ri. i. speciebus nō de corpore christi. Et ideo
ꝯuis illud quod continetur sub vna parti=
cula hostie: sit illđ quod continetur sub alia
non tñ hec particula est illa. Et sic omnes
christiani communicantes sumunt vnum

corpus christi. Quilibet tamē eorum accidē L
tia siue species sumit diuersas. ℭ Itē nota
ꝙ materia panis per consecrationē conuerti
tur in materiā corporis christi et forma pa
nis conuertitur in formā corporis christi.
Non in animam itellectiuā que est forma
vltima per quam corpus habet esse cōple=
tū sꝫ i formā corpeitat ꝑ quā corp⁹ illđ hꝫ
esse icōpletū et sic substantia tota panis trā
sit in totū corpus xpi vt dicūt Ric. et Scot⁹
Eis aūt qui ponūt solū vnā formā substā=
tialē in hoie. difficilius est verā trāssubstan
tiationē saluare. ℭ Post cōsecrationē itaq; M
nō manet substātia panis sicut quidā noui
recentes fabulant. Nec alia substantia ꝗ̄ ve
rū corpus xpi sub speciebus panis. Nec sub
stantia vini aut alia substantia ꝗ̄ sāguis xpi
sub speciebus vini. de con. di. ij. nos autem.
Hoc tenet docet et astruit ecclesia catholica
spū sctō regulata quā sequi oportet maxīe i
his q̄ sunt fidei / et etiā que cōcernūt sacra=
mētoꝝ veritatē nec ab eius determinatione
licet declinare: fantasijs proprijs inherendo
ℭ De intētione debita cōsecrādi. Cap. v.

IN huius sacramēti cōfectiōe re A
quirit debita intentio consecran
di seu faciendi quod facit ecclesia
consecrādo. Intētio. s. gnālis vel
specialis sicut dictū ē de baptismo: sed nō re
quirit de necessitate cōsecrationis attētio. i.
actualis consideratio. Qnq; cui mens cōfi=
cientis rapit ad alia in prolatione verborū
sacramētaliū. Qđ qñq; ꝯtingit ex infirmi=
tate. Qñq; ex negligentia vel in curia: ⁊ tūc
peccat sic rapt⁹ ⁊ tñ vere cōficit ſm Tho. de
vil. ℭ Sed pro intentione requisita in con B
secratione nota ſm Scotū di. viij. Qꝫ itētio
alia est actualis / alia habitualis. alia virtua
lis q̄ est q̄si media inter duo pria. Actualis Intētio actualis
intentio est actualis cōsideratio ⁊ dr attētio
Ille ei actualiē itendit: siue attēdit q hꝫ actū
elicitū respectu illius qđ intendit. Habitua Intētio habitualis
liter intendit ille qui habet habitū inclinātē
ipm ad actū intendendū. Ille autem qui mi
nus perfecte intendit ꝗ̄ primo modo: ⁊ ma Intētio Virtualis
gis perfecte ꝗ̄ scđo modo intendit virtuali=
ter illud quod ali⁹ intendit: vtputa cum qs
accedens ad altare actualiter intēdit celebra
re. postea tempore consecrationis est distra
ctus ad alia. Tunc non habet actualem in=
tentionem: quia impedit distractio non so=
lum habitualem qꝛ talē habet dormiēs: ha
bet ergo intentionem medio modo: scꝫ vir=
tualem. Quia in virtute intentionis actua=

lis de propinquo precedentis fiunt oīa que facit continuatiō circa consecrationē / actū ab vna radice prouenirent. Nō ergo requiritur in consecrante intentio actualis continua q2 nō obligauit deus hoīem ad impossibile seu nimis difficile. Cuius modi est non distrahi. Tū s3 Aug. iij. de libero arbitrio. nō est in potestate nostra quibus visis tāgamur: nec sufficit intentio mere habitualis vt dictū est parte. ij. ca. v. A. Requirit̄ ergo intentio virtualis derelicta ex intentione
C actuali hūa ꝯsecrandi. ¶ Nec sufficit intētio consecrandi absolute: sed oportet ꝙ sit ꝯformis intentioni sacramētū istituētis. Unde si sacerdos panem vellet consecrare vt sacramento vteretur in veneficiis: vel vt ipsum proiiceret in lutū: aut propter irrisionē vel vt aliud dedecus fieret sacramēto: non cōficeret s̄m quosdam. Quia non est verisimile xp̄m dedisse talē potestatem sacerdoti in preiudiciū et irreuerentiā sacramēti. Alij dicunt ꝙ si sacerdos super debitā materiā proferens formā verborum ad conficiendū institutā. Intēdens explicite vel implicite per hoc conficere corpus xp̄i: quāuis vlterius intendat irreuerentiā ꝑ dedecus sacramenti. nec intendit illud sacramentum ministrare vere fidelibus: vere tamē conficit: sed aīam suā ledit potestate sibi tradita abutendo. her
D Ric. ¶ Item sacerdos potest tantum de pane transsubstantiare: quantū transsubstātiare intendit dum tamen totū illud presens sit coram eo. Non enī posset sacerdos existēs in campo vel in domo sua transsubstātiare panē in ecclesia. quia videtur ad hoc forma consecrationis se non extendit ratione pronominis demonstratiui in ea positi facientis aliquo modo demonstrationē ad sensum. q̄ nō est nisi respectu rei presentis demōstrare. dicit Petrus di. x. ꝙ sacerdos potest consecrare simul quantācunq3 materiā dūmodo intendat conficere ad vsum et spirituale alimentum fidelium. Sed sine hmōi intētione generali vel speciali nō potest / quia deficit intentio faciendi quod facit ecclesia. Dicit enī Hugo de scō victore / ꝙ sacramētū irritū putat̄ si contra institutionē celebrat̄.
E ¶ Itē si alique hostie nō cōsecrate remanerent in altari ex obliuione dū sacerdos cōficit ipso ignorāte vel sciente: sed nō intēdēte eas consecrare: ille hostie nō consecrant̄: q2 de illis nihil intendit̄. de gutta etiā vini adherente pedi calicis vel pluribus guttis cōsi
F militer est dicēdū. ¶ Itē si sacerdos ꝓferē=

A do vba sacramētalia intenderet consecrare determinate vnā medietatē hostie: vtputa illā medietatē versus dextrū ꝑ nō aliā. Uel determinate illā medietatē versus sinistrū ꝑ nō aliā: credibile est ꝙ cōsecraret illā medietatē sup quā ferret̄ sua intentio et nō sup aliam Si vo sic confuse intenderet vnā medietatē hostie ꝯsecrare ꝙ ad neutrā distincte se determinaret neutrā cōsecraret. Reales enim operationes nō sunt circa singularia vaga:
B sed circa singularia determinata. ¶ Itē sacerdos hereticus credēs sacramentū eukaristie non valere ad salutē: habens tn̄ intentionem generalē faciēdi quod xp̄s instituit circa hoc sacramētū faciendū / et quod facit ecclesia: licet non intendat in speciali conficere corpus xp̄i: vere tamē conficit. Licet non ordinate vt in capitulo scd̄o hui⁹ partis dictū est. Item de lege cōmuni nō debet super eandē materiā forma consecrationis nisi ab vno solo sacerdote ꝑ semel proferri. Ex causa tamē speciali qñq3 licitū est eam a pluri-
C bus simul proferri sacerdotibus: a quolibz semel ꝓferri tm̄. Ut cū papa celebrat circūstantibus sibi presbiteris cardinalibus ꝑ cōcelebrātibus vel cum ep̄s celebrat ordines conferendo et sacerdotes: tunc ordinati secū concelebrant s3 quosdā illi concelebrantes non debent habere intentionem conficiēdi nisi sub conditione sc3 si principalis celebrās debitā intentionem celebrandi non habeat aut formā debitā non obseruet. Innocē. dicit ꝙ oēs concelebrantes debent intentionē suam referre ad illud instans quo papa vel ep. scopus verba profert. et sic propter vnitatem intentionis est ibi tm̄ vna consecratio Alias autem dicit ꝙ plures sacerdotes nec debent nec possent eandem materiā cōsecrare. Alij dicunt ꝙ illi concelebrantes cum episcopo non debent illa verba proferre cū intentione consecrandi. Sed se summodo ea materialiter quasi recitare ad presentandū ꝙ xp̄s hāc formam verborum tradidit discipulis suis quando eis ordinem et potestatē contulit consecrandi. ¶ Item nota ꝙ si sa=
D cerdos celebrans probabiliter timeret se verba consecrationis non dixisse anteꝗ̄ hostiā leuaret vel post: nullā faceret sacramento iniuriam si verba consecrationis proferret nō intendens absolute conficere s3 sub conditione illa implicita. si hostia illa pri⁹ nō fuerat ꝯsecrata. de hoc plenī⁹ dicet̄ infra. c. prio

¶ De casibus periculosis cōtingentibus in missa. Capitulum sextum.

A Licet circa consecrationē eukari=
stie multi contingere poterint ca
sus dubij ⁊ periculosi: qui modo
non occurrūt: tū quid ⁊ qualiter
agendū sit in frequēter accidentibus in hoc
capitulo est dicēdū. Si sacerdos post missā
inceptam subito grauiter īfirmetur seu su=
bito moriatur ita ꝙ missā inceptā perficere
non poterit: ⁊ nescitur an hostia per eū fue
rat consecrata vel non. debet hostia reserua
B ri cū reuerētia ⁊ alius sacerdos in missa sua
post cōionē corporis ⁊ sanguinis istā hosti=
am recipere sub intentione conditionata. s.
tali. Si hoc est consecratū recipio vt conse
cratū. Si nō recipio ipm vt nō consecratū
sed vt tale de quo incertum est. Similiter si
dubitetur de sanguine. s. an illud inuentum
in calice sit sanguis an vinū non consecra=
tum: debet reseruari in vase mūdo ⁊ ab illo
sacerdote sumi post cōionē imediate. ⁊ an=
te ablutionē sub intētione cōditionata vt di
ctum est pri⁹: nec est in sic recipiendo picu=
lum. Qꝛ sacerdos sumēs ē ieiun⁹ ante per=
ceptionē vini ablutiōis / ⁊ etiā si nō sit cor=
pus xpi vel non sit sanguis xpi: illud quod
sic recipit: non facit irreuerentiam corpo=
ri xpi et sanguini iam perceptis. Nec est ta
lis hostia adoranda: nec illud in calice ado=
randū nisi sub conditione. Si vero cōsecra
tum sit nec debet iterū cōsecrari sub ꝯditio=
ne. qꝛ nullū hic iminet piculū salutis si non
iteretur cōsecratio. nec absolute nec sub cō
ditione. Secus tamen est de sacramēto ba=
ptismi vt dicebatur superius hec Scot⁹. di.
viij. q. ij. Si aūt certū esset primū sacerdo=
tem anteꝗ̄ defecisset cōsecrasse corp⁹ et san
guinem. posset alius sacerdos vbi ille defe=
cit incipere ⁊ missā perficere: nō a capite in
choando. Et sic intelligitur illud quod dꝛ
viij. q. i. nichil. cū a sacerdotib⁹ missaꝝ tem=
pore misteria sacra consecrant. Si egritudi
nis acciderit cuiuslꝫ euentus quo ceptū ne=
queat consecratiōis implere misteriū: lice=
at p̄sbytero alteri consecrationē exequi sus
D cepti officij. Si autē sit certū p̄mū sacerdo=
tem anteꝗ̄ defecisset corpus consecrasse: et
non sanguinē. Debet noua hostia accipi. et
totū a capite consecrationis inchoari: quia
consecratio corporis ⁊ sanguinis ad vnum
ptinet sacrm̄ quod ab vno debet pfici: ⁊ alia
hostia per priorem sacerdotem consecrata:
cum sub illa sit corpus christi vere eo ꝙ cō=
secratio corporis consecrationem sangui=
nis nō expectet / deberet ad vsū infirmorum
reseruari vel a secundo sacerdote sumi post
communionē ⁊ ante ablutionē scḋꝫ Rich.
Dicūt alij ꝙ in hoc casu alius sacerdos de=
bet ab illo loco. Simili modo cōsecrationē
sanguinis incipere et consequēter perficere
et hostiam per primū sacerdotē consecratā
cum sanguine consequenter ab ipomet cō=
secrato sumere et missā debite terminare.
Prima via magis michi placet proptē vni=
tatem sacramenti seruādā / ⁊ ꝓpter conne
xionē vboꝝ canonis. ¶ Dicit Albert⁹ in B
libro suo de missa ꝙ si cōtīget sacerdotē defe
cisse ante canonem misse: debet alius sacer
dos reincipere missam et peragere. Si post
canonem inceptum et aliquib⁹ signis iam
factis super materiam sed ante transsubstā
tiationem videtur ei ꝙ alius sacerdos debet
incipere vbi primus cessauit. nō a capite ca
nonis: propter duas causas. Prima. qꝛ illa
materia q̄uis non transsubstantiatur reci=
pit tamē ex verbis ⁊ signis quandā sancti=
tatem ex qua efficitur magis idonea vt in
corpus xpi ⁊ sanguinem conuertatē: et ideo
bet anno durante penitentia vsq̃ ad solẽpnẽ
reconsiliationem que per ẽpm est facienda:
vel p aliũ de mãdato eius spãli. Itẽ p ma-
gno crimine publico põt qs cogi ad faciendũ
solẽpnẽ pniam: sed p occulto nõ: nisi omnino
penitens eã subire voluerit. ar. de con. di. iij
de penitentib⁹. Solẽpnis pnia nõ iterat̃ ni
si vbi cõsuetudo fuerit eã iterandi. et hoc p
pter. iij. rationes. Prima est ne ex iteratiõe vi
lesceret. Secũda est. q2 figura est hois expul-
sionis de paradiso q̃ semel tm̃ facta ẽ. Ter-
cia q2 solẽpnizatio pnie ẽ quasi quedã pfes
sio perpetuo penitentiã seruandi: et ideo eius
solẽpnitati obuiaret iteratio. ¶ Dr̃ etiã solẽp E
nis pnia: sed minus pprie qñ aliquis laic⁹
mittitur ad monasteriũ ad penitẽtiã agen-
dã. B. di. § illic ⁊ ſʒ glo. ¶ Penitẽtia publi F
ca scdʒ Ray. est q̃ fit in publico nõ tñ cũ illa
solẽnitate de qua habet̃. B. di. in capite. De
qua iã dictũ est sed iniungit̃ peregrinatio p
mundũ cũ baculo cubitali scapulari vel ve
ste alia ad hoc consueta. Hanc posset impo-
nere quilibet sacerdos paroch. et a fortiore
pniarij ẽpoꝝ generales: quia nõ inueniũt̃
eis phibitũ nisi ꝯsuetudo sit contraria in ali
qua ecclesia. Hec pnia põt clerico iponi qñ
crimen suũ est enorme et publicũ ſm Tho.
in scripto. ⁊ eorũ Berñ. ex. de pe. et re. super
eo. quesitũ. Cõtrariũ tenet Host. in sũma
ti. eodẽ verbo. publica. ſ. qd pnia hmõi pu
blica nõ ẽ clerico iponẽda. ¶ Itẽ pniaʒ pu- G
blicã sedes apostolica nemini indicit agẽdã
nisi in loco vbi est curia romana et tm̃ pro
enormibus. Penitentiarij do dñi pape fa-
ciunt tales nudatos triduo aut plus vel mi
nus incedere per oẽs ecclesias ciuitatis vbi
est curia: et postmodũ remittũt ad suos epi
scopos vt consideratis circũstantijs eis indi
cant pniaʒ salutarẽ. Licet quidã ribaldi pro
questu fingant sibi tales pñias a sede aposto
lica iniunctas falsas pniarioꝝ litteras ostẽ-
dẽtes ſʒ Wil. in suo repertorio. ¶ Ex cau- H
sis aũt. iiij. iponit̃ aliquibus publica peniten-
tia. Primo vt pro pctõ publico publicã ha-
beat medicinã. Secũdo q2 maxima cõfusione
est dign⁹ q̃ grauissimũ scel⁹ ꝯmisit. Tercio
vt sit alijs ad terrorẽ. Quarto vt sit exẽplũ
penitẽdi ⁊ non desperandi eis qui grauibus
detinent̃ pctĩs. Nota ꝙ publice pnie imposi
tio nõ arguit reuelationẽ cõis quis suspitio
oriat̃ talẽ penitentẽ aliqd enorme cõmisisse.
Nõ ei culpa p certo scit̃ ex pnia: q2 q̃nq̃ ali
quis facit pniam p alio: vel sine culpa sua
vt alios prouocet ad pniaʒ ſm Tho. di. ix.
¶ Itẽ nõ oportet hoiem p quolibet pctõ ma I
nifesto pniaʒ suã alteri vel alijs manifesta-
re ꝙ sacerdoti: ſʒ q̃ fecit scãdaluʒ p suũ pctm̃.

in cōi: tenet ad ostēsionē boni exēpli in cōi: q2 p hoc qd hoīes vident bonū exēpliū tum de quolibet sit p̄sumendum bonū debent p̄su mere de p̄teritis penitētiā et remissionē fm Alber. sup. iiij. ¶ Pnīa priuata dr̄ illa que in secreto fit z in secreta confessione a sacer dote imponitur. fm. Hos. z Ray. ¶ Nota q pnīam p peccato exteriorē nō oportet p̄petuā eē. Pnīa vo interior scz cōtritio q̄tū ad habitū dz eē ppetua: non quo ad actum vide infra de contritione. ca. xvi. Itē de al peccato suo pōt hō penitere dum viuit: post mortē vero nō est loc⁹ pnīe: q2 sp̄us vnitus carni est susceptibilis pnīe: sp̄us separatus nō. fm Damas. ¶ Itē tres sūt actiones pe nitentie fm Ray. vna q̄ fit ante baptismū si baptizād⁹ sit adultus: q2 nisi peniteat nō pōt debite nouā vitā inchoare. hoc intellige de penitētia interiori. q2 si baptizet: ad exte riorē pnīam nō tenetur: sed ab hac penitē tia sicut etiā z a pctō paruuli sūt immunes Secūda est que fit post baptismū de morta libus. Tercia que fit de venialibus. de pe. di. j. tres sūt actōes &c. ¶ Nota q an baptismū non reqrit pnīa sacramētalis: q2 baptism⁹ est fundamentū oīm sacramētorū nec pnīa prout est virtus formata: scz caritate: q2 in tali remitteret culpa ante baptismū q non semp oportet: sed requiritur penitētia q̄ est virtus informis. i. quedā vera detestatio: q̄uis nō sufficiēs cū proposito emendandi qd gessit et iterū nō peccandi. quia voluntate re manente in proposito peccandi non est hō gr̄e susceptibilis fm Pe. ¶ Itē q̄uis pnīa tollat totū reatū culpe nō tm̄ totum reatū pene. i. totā obligationē ad penā. ratio hui⁹ est. nā q̄ offendit siue deū siue hoīem dupli citer peccat. Primo ↄtra equalitatē amici cie inquātū debitū officiū eius non impēdit Scdo ↄtra equalitatē iusticie inquātū hono rem obsequiū vel aliam rē debitā subtrahit quorū vtrūqꝫ opꝫ restitui: sꝫ q2 restituta ami citia nō statī ex hoc restituit res ablata: iō p⁹ remissionē culpe remanet reat⁹ pene. fm Tho. et Pe. iiij. sen. ¶ Itē de pctīs cōmissis ex ne gligētia. si talis sit negligētia q̄ oīno excusat a pctō nō opꝫ agere pnīaꝫ. et qualis sit negli gentia illa vide supra pte. iiij. ca. iij. v. aliās esset penitendū. De pctīs aūt oblitis de qb⁹ hō nullo mō recordat nō tenetur ad pnīam nisi in gn̄ali. dꝫ tm̄ adhibere diligentiā vt re cordet: et si recordari valeat penitere tenet: q si nō poterit delentur p confessionē gn̄alē vide infra. ca. iij. C. F. ¶ De pctō originali quia nō prouenit ex actu hoīs ꝓprio neqꝫ ex omissione propria nec est proprie volūtari um: nō oportet sicut de actuali pctō penite re. in adulto tm̄ requirit displicētia siue dete statio eiusdē vt dictū est. Itē cū dr̄ a docto ribus quod pctā dimissa per pnīam redeunt. non ē intelligendū q redeāt in se nec q̄tum ad maculā: nec q̄tū ad penā: sed in suo effe ctu. Ex hoc em̄ q hō deum offendit post re missionē precedentiū pctō₂ aliquandā deformi tatē ingratitudinis p actū sequentis pcti in currit. Et ideo dr̄ coīter q pctā redeūt q̄tum ad ingratitudinē fm Tho. super. iiij. ¶ De sero penitētibus scz in fine vite. nota q q̄ diu hō hꝫ liberū arbitriū. potest se ad gratiā p̄parare dolēdo de preterito z proponēdo ca uere de futuro. vñ de pe. di. vij. i principio. temp⁹ pnīe est in vltimū articulū vite: sed tñ periculosū est z dubiū: q idē vltimū expe ctet. Vñ Augu. si quis positus in vltima ne cessitate sue egritudinis accipit pnīam. &c. fateor nobis nō illi negam⁹ quod petit: sed nō presumim⁹ q bñ hinc exit / penitentiā dare possum⁹: securitatē aūt dare nō possu mus. nūquid dico dāpnabit: sed nec dico li berabit: vis ergo quod incertū est euadere: age pnīam dum sanus es. si sic agis securus es. de pe. di. vij. nemo. ¶ Quatuor sunt i pedimēta vere pnīe. Primū est pudor confi tendi: cōtra quē triplex est remediū. fꝫ Ray. primū est rō naturalis: si enim nō erubui sti peccare quod inhonestū et nociuū fuit: nō debes erubescere confiteri q est honestū et vtile. secundū est consideratio diuine itui tionis: cuius oculis oīa nuda z aperta sunt ad Hebr. x. tertium est cōparatio future cō fusionis. naū. primo reuelabo pudenda tua Secundū impedimētū est timor quo quis timet: ne quis posset sustinere pnīam: con tra quē valēt tria bene ↄsiderata. s. p̄ntis vi te modicitas / leuitas z breuitas. z ↄtra fu ture pene imēsitas / acerbitas / z eternitas. Terciū īpedimētū est spes et hec ē triplex. s. spes diu viuēdi. cōtra illō ad Thi. v. dies dñi sicut fur de nocte veniet. Scdā ē spes: tpa les diuitias acqrēdi. hāc refrenat dñs Lu. xij in pabola de diuite q̄ voluit destruere horrea sua &c. cui dixit dñs. stulte: hac nocte aīam tuā repetēt et que parasti cui⁹ erunt. et Job xxvij. cap. diues cū dormierit secum nihil af feret. Item spes miaꝫ consequendi contra illud ecclesiastici. xiij. non adiicias peccatū super peccatum: et dicas miseratio dei ma gna est. Quartū impedimentum est despe

ratio. Alia est cum desperatio venie: qualis fuit in Cayn: quando dixit: maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear. Alia est desperatio post obtentam veniã in bono perseuerãdi: contra quã est illud verbum christi: non dico tibi vsq̃ septies sed vsq̃ lxx. de pe. di. iij. septies. et capi. adhuc. ❡ Item falsa penitentia est cum sciens pluribus de vno solo penitentia agitur: aut cum sic agitur de vno vt non discedatur ab alio. vnde scriptum est qui totam legem seruauerit: offendit autẽ in vno: factus est omniũ reus. Sicut enim si peccatis omnibus esset inuolutus: ita si in vno tñ maneat vite eterne ianuã nõ intrabit de pe. di. v. fratres. Sacramentũ penitentie est sacramentũ vnũ: non vnitate indiuisibilitatis aut continuitatis. nec vnitate essentiali: sed vnitate integrata ex pluribus relatis ad aliquid signãdum: et aliquo mõ efficiendum: quod est remissio actualium peccatorum. fm Richar. di. xxij. ❡ In hoc sacramento exterior est penitentia sacramentum vt signũ tñ sci interioris penitentie et i sic actus penitentis quasi materiale. act⁹ autẽ sacerdotis. i. absolutio quasi formale. Exterior penitentia est sacramentum remissionis actualiũ peccatorum. res autẽ et non sacramentum. Interior penitentia: est res et sacramentum. res inq̃ penitentie exterioris est sacramentum remissionis actualium peccatorum. res autem et non sacramentum est ipsa peccatorum actualiũ remissio: que est res tam penitentie exterioris q̃ interioris. Unde vt sui causam semp presupponit penitentiam interiorẽ coniunctã exteriori i re vel in proposito: explicite vel implicite. fm Richar. di. xxij. De penitentia sumpta pro satisfactione iniuncta a sacerdote in foro cõfessionis. vide infra huius partis. capi. iiij.

❡ Ultimo aduertendũ est q̃ penitentia aliquando accipitur pro punitiõe hois pctõris pro pctis. et sic cõtritio / confessio et satisfactio sunt partes obiectiue pnie: q2 contritio est pnia. i. punitio pro pctis. Cõfessio etiam est punitio peccatoris p pctis. et similiter satisfactio. Aliq̃ vero accipit p punitione pctõris sufficiẽte p pctis fm forũ ecclesie si nõ absolute: et sic cõtritio / cõfessio / et satisfactio. sũt ptes pnie integrales: q2 ad sufficientiã siue pfectionẽ pnie. horũ triũ exigit aggregatio nõ quidẽ simul: si vt cõtritio sit i actu cõfessio et satisfactio in pposito. Hay ptiũ sufficiẽtia sic ostendit. q2 cũ oẽ pctũ cõmittat corde ore vel opere: iustũ est vt ista curetur per contraria. vt peccator per contritionem: culpã animo detestet: verbo cõfiteat et facto puniat. de istis ergo tribus per ordinẽ est dicendum.

❡ De contritione. Capitulũ scdm.

A Oportet in cõfitente aliquã displicentiã pcti precedere sacramẽtalẽ absolutionẽ vt sit vtilis et suã habeat efficaciã. nõ eni sacerdos efficaciter absoluit: nisi reus sit i se debito modo dispositus: vt sit capax absolutionis. q2 sacramentũ exterius est signũ interioris absolutionis que nullo mõ cõicatur sine debita dispositione in mente interius absoluendi secundũ Scotũ di. xvij. hec displicentia si sit informis. i. precedat infusionẽ gratie: dr attritio. si vero comitet gra dr contritio.

B ❡ Est autem contritio dolor voluntarie assumptus pro pctis cum pposito cõfitendi et satisfaciendi. nam sicut in naturalib⁹ aliqd conteri dicit quando totaliter in minimas ptes redigitur: ita cor hois conteri dicit. quãdo affectus peccati secundũ omnẽ sui partes in eo confringitur et totaliter a peccato recedit. Et dicitur cõtritio dolor voluntarie assũptus: ad differentiam doloris naturalis qui nec meritori⁹ nec demeritori⁹ pro pctis. Ponit ad differẽtiã inuidie q̃ ẽ dolor voluntari⁹ de bono alieno. sed quia nõ sufficit dolor voluntarie assumpt⁹ p peccatis sine cõfessiõe et satisfactione si adsit facultas: ideo additur cum proposito confitendi et satisfaciendi.

C ❡ Nota q̃ attritio põt fieri cõtritio: q2 dolor voluntarie assumpt⁹ pro pctis 2c. quando est iperfect⁹ et informis propter defectũ gratie gratũ facientis dicitur attritio: si tñ maneat hmõi mot⁹ doloris nõ interrupt⁹ quousq̃ infundatur gratia gratũ faciẽs et maneat cũ ista: tũc dicit contritio fm Thomã

D ❡ Itẽ in oi pctõ mortali est auersio voluntatis a deo per pctũ: et cõtraria contrariis sũt curãda. oportet igitur q̃ in oi remissione pcti mortalis sit actualis cõuersio a pctõ ad deũ. que quidẽ cõuersio si sit vera et pfecta contritio est. fm pe. di. xvij. de peccatis autẽ mortalib⁹ oblitis sufficit contritio generalis cũ conatu ad recordandũ et dolendũ nõ solũ de pctõ oblito: sed etiã de ipsa obliuione si ex culpabili negligentia incurrat. Itẽ de sin-

E gulis pctis de qb⁹ cogitat i speciali videt q̃ et si nõ dolore cõtritionis: saltẽ dolore attritionis. Quãtũ vo ad terminũ cõtritionis: q̃ est dolor iã gra informat⁹: sufficit q̃ sit vna cõtritio cõis de oib⁹: tũc ei iste mot⁹ agit in vir

te pl'm dispositionū precedentiū fm Tho. di.
F xvij. ¶ Sex sunt cause inductiue ɔtritionis
fm Ray. Prima ē pctōꝝ recogitatio. secūda
pudoꝛ sequens ad illā cogitationē. tercia est
pctōꝝ vilitas. quarta timoꝛ extremi iudicij
et intollerabilis supplicij. quīta doloꝛ de a=
missione celestis gloꝛie. sexta est spes et hec ē
G triplex. s. venie gratie et gloꝛie. ¶ Itē nota
secūdū Hugonē de sctō victoꝛe. ꝙ de⁹ quādo
absoluit hoīem a vinculo pcti: ligat eū vincu
lo ꝑpetue detestationis: sed hec est detesta=
tio duplex ē. quedam in habitu ad quā semp
hō tenet qui peccauit etiā post perfectā pcti
remissionē. vn̄ illud Augu. penitens semper
doleat ꝛ de doloꝛe semper gaudeat: ꝛ nō sem
per doluisse doleat. Alia est detestatio ī actu
H ad quam semp penitens non tenet. ¶ Itē
cū vnūquodq ꝑ quas causas nascit ꝑ easdē
dissoluit. ex. de. re. iu. ca. j. Sz pctm̄ ꝑ actū
voluntatis: plene ɔtrahit. igitur ꝑ actū vo=
lūtatis. s. displicentiā ꝛ doloꝛē voluntariū: ɔ=
tū est ex pte nr̄a: cū dei grā tolli pōt. et cum
hmōi doloꝛ semp sit in ptāte hoīs ꝛ hēre do=
loꝛē sensibilē. non ideo doloꝛ sensibilis nō ē
de necessitate ɔtritiōis sed de ei⁹ perfectione
I fm Pe. di. xvij. ¶ Itē ɔtritio q̄ est displicen
tia pcti inquātū ē offensa dei nō pōt esse ni
mia: sicut nec amoꝛ charitatiu⁹ dei. quo ip
sa etiā displicētia pcti intēdit: sz ɔtritio ad do=
loꝛē sensibilem pōt esse nimia. sicut exterioꝛ
corpis afflictio. vt ieiuniū et hmōi. In oīb⁹
eīn his dz accipi ꝑ mensura ɔseruatio debi
ta subiecti. ad Ro. xij. rationabile obsequiū
C vrm secūdū Tho. di. xvij. ¶ Itē de maioꝛi
seu grauioꝛi pctō: maioꝛ debet esse doloꝛ ī ɔtri
tione spāli: q̄ de minoꝛi: q2 maioꝛē rōnē hz
dolendi. Cōgruū est etiā vt doloꝛ sensibilis
id est penalitas sit maioꝛ. maioꝛi eīn offense
maioꝛ pena debet. doloꝛ etiā gñalis q̄ est de
pctis in cōi debet esse maioꝛ. de maioꝛi pctō
D habitualit sz actualiter nō opz. secūdū Pe.
k vbi s. ¶ Itē contrit⁹ tenet ex charitate pl⁹
diligere deū q̄ seipsum: peccare aūt est face
re ɔtra deū. sustinere aūt penā ɔtra seipsum
Ideo debet vere contritus quātālibet penā
pꝛeeligere pati q̄ peccare: sed tn̄ descēdere in
spāli ad hāc penā vel ad istā: vtputa esse in
inferno magis q̄ peccare vel aliud simile nō
tenet: imo stulte faceret. Si qs seipsum vel
E aliū sup huius ꝑticularib⁹ penis sollicitaret
q2 hoc eēt inducere hoīem in tēptationē. et
pꝛeberet occasionē peccādi. Terribilia eīn in
particulari ɔsiderata pl⁹ terrent fm Tho. ī
L quadā q̄stiōe de quolibet. ¶ Itē licet ī cōtri

tione dimittatur peccatū quādo sit cū pꝛopo
sito confitendi et satisfaciendi: si tamen po
stea tpe debito non sequatur cōfessio et satis
factio: peccatum quod dimissum erat nō re
dit/ sed de nouo moꝛtaliter peccat is qui con
fiteri et satisfacere omittit sic itelligo de. pe.
M di. §. magna. ¶ Itē tanta posset esse cōtritio
ꝙ necdū toleret culpā: sed et totū reatū pene
sed ɔtritio potest esse magna siue intensa ex
parte caritatis que causat displicentiā pecca
ti/ vel ex parte doloꝛis qui in vi sensitiua ex
citatur in vtroq modo in tm̄ potest intendi
cōtritio ꝙ pena tota remittat/ nihilominus
tamē requiritur cōfessio ꝛ penitentie iniūcte
expletio pꝛopter pꝛeceptum ecclesie. et etiam
pꝛopter incertitudinē/ q2 non est quis cert⁹
ꝙ sua cōtritio fuerat sufficiens ad totū rea=
N tum tollendū fm Tho. vbi s. ¶ Itē in iusti
ficatione impij. iiij. sunt que simul cōcurrūt
tpe. s. gratie infusio/ motus liberi arbitrij/
cōtritio/ peccati remissio/ sed iter ea est pꝛio
ritas et posterioꝛitas secūdū oꝛdinē nature
vt motus liberi arbitrij pꝛecedat actū cōtri
tionis/ et hec duo oꝛdīe nature pꝛecedūt grē
infusionē. fm Tho. Alij dicunt ꝙ pꝛimo in=
funditur grā ꝛ remittitur culpa ꝛ sequitur cō
tritio. ¶ De cōfessiōe ꝛ ptib⁹ eiusdē. Ca. iij

O HOmo recōsiliatus deo ꝑ cōtritiōez
debet etiā si facultas adsit recōsili
ari ecclesie per cōfessionē. Est aūt
cōfessio fm Augustī. per quā moꝛ
bus latens spe venie aperit. vel fm Ray. cō
fessio est legitima coꝛā sacerdote pcti detectio
¶ Qualis autē debet esse confessio patet in
P his versibus. V. Sit simplex. humilis. cōfes Versus: qualis debet esse confessio
sio. pura. fidelis. Atq frequēs. nuda. discre=
ta. libēs. verecūda. Integra. secreta. lachꝛy
mabilis. accelerata. Fortis. ꝛ accusans. ꝛ sit
parere parata. quoꝝ sensus talis ē. Sit sim
plex vt non recitet in cōfessiōe nisi ꝙ ad qua
litatem peccati pertinet. Humilis vt pecca=
toꝛ se miserū infirmum confiteatur. Pura.
vt scilicet sit recta cōfitentis intentio. Fide=
lis. id est vera nulla falsitate admixta. Fre=
quens pꝛopter obliuionē peccatoꝝ vitandā
et augmentum gratie. Nuda. vt non inuol
uat obscuritatem verboꝛum. Discreta. scili
cet vt maioꝛa peccata cum maioꝛi pondere
confiteatur. Libens. i. spontanea nō coacta
Verecūda. s. vt erubescat ꝛ non se iactet de
peccatis pꝛopter aliquam seculi vanitatem
Integra. vt. s. nō subtrahat aliqua de his q̄
manifestāda sunt. Secreta. s. quātū ad cōdi
tiōes foꝛi ī quo de occultis ɔsciētie agit. Lacri

mabilis vt doleat peccator de cōmissis. Accelerata. vt. s. nō differat de die in diē sȝ statim vel q̄citius cōmode poterit confiteatur. Fortis vt nichil propter verecūdiā dimittat. Accusans. s. seipm̄ et nō aliū. Et sic parere parata. s. monitis sacerdotis.

C ¶ Nota q̄ cōfessio secundū quod est actus virtutis nō valet sine caritate que est principium merendi sed confessio secundū q̄ est pars sacramenti ordinat confitentē ad sacerdotē habentē claues ecclesie qui per confessionē cognoscat conscientiā confitentis. Et sic potest non cōtritus confiteri: q2 potest peccata sua sacerdoti notificare ꝛ clauibus ecclesie se subicere. Et huius tunc non recipiat absolutionis fructū. tamen recedente fictione incipiet ab tinere sicut in aliis sacramentis. Unde non tenetur iterare cōfessionē: quā sic ficte fecit Sed ipsam fictionē tenetur postea confiteri scdm̄ Tho. vbi s. et de pe. di. i. mensuram ꝫ. non ita. videtur innui q̄ nō est necessarium: q̄ semel sacerdoti confessi fuerim⁹. id denuo confiteamur Hosti. et Ray. tenēt: q̄ talis tenetur confessionē iterare: q2 confessio que facta fuit ex caritatem non valuit. Primum dictū verius tenet q2 talis confessio admittenda est extra de pñiis ꝛ re. capi. qd̄ quidā.

D ¶ Quilȝ in sua cōfessione quātū bene potest debet aliena peccā celare: ac famam alterius illesam seruare. Sed tn̄ suaȝ conscientiā purgare debet. Et ideo si circūstantia que ducit in noticiam alterius psone sit de necessitate cōfessiōis. Uel q2 ducit in aliam speciē pecī mortalis tūc debet cōfiteri: semper tamē occultando personā si potest. Si autē nō sit de necessitate cōfessiōis debet oīno dimittere: ne peccatū alterius prodat. Si autē dictet conscientia sua illā circūstantiam que duceret in noticiā psone esse confitendā cōfiteatur superiori. Uel petita licentia alteri qui personā ignoret. Si tn̄ exprimat personā bona intentione nō vt probat sed vt pēnitentius oret pro ea vel secrete emēdet: non peccat sed magis meret. xxij. q. v. hoc videtur scdm̄ Tho. di. xvi.

E ¶ Nō licet confessionē diuidere sed integraliter vni sacerdoti debet peccator omnia peccata sua cōfiteri de pe. di. v. ca. i. versus finem ꝛ di. iij. sunt plures. Nā sicut in medicina corporali: oportet q̄ medicus nō solū vnū morbū contra quē medicinam dare debet cognoscat: sed vniuersaliter totā habitudinē ipsius infirmi eo q̄ vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur: ꝛ forte medicina que vni morbo competeret alteri nocumentū prestaret. Similiter est de peccatis quia vnum aggrauatur ex addictione alterius ꝛ idem quod vni peccato est cōueniens medicina: prestaret alteri incentiuū. Unde de necessitate confessiōis est: vt peccator omnia sua peccata que in memoria habet confiteatur aliāquin non est confessio sed confessionis simulatio.

F Si autē post confessionē factam recordetur quis de peccato quod in cōfitendo nō habuit in memoria: sufficit q̄ idē peccatū postea confiteatur explicite. Et alia in generali dicendo. q̄ cum multa alia confiteretur huius oblitus fuit. sȝ Tho. di. xvij. ¶ Sed nunqd̄ tenet illud peccm̄ prius oblitum in confessione ꝛ postea reductū ad memoriā confiteri eidē sacerdoti cui prius alia peccata sua illo excepto confitebatur? Hic videtur distinguendū q2 aut tempore cōfessionis penitens adhibuit diligentiam debitam vt oim peccatorȝ suorȝ mortaliū recordaretur et tunc nō tenetur peccatū illud oblitū eidē sacerdoti confiteri sed sufficit alteri potestatem habenti. Si autē tempore prioris confessionis ignorauit idē peccatū ignorantia crassa et affectata vel ex negligentia culpabili illius oblitus est: creditur q̄ eidē sacerdoti si cōmode haberi potest et nō sit ei p̄ tūc absoluendi potestas interdicta: debet idē peccatū confiteri. Uel saltem illud peccm̄ simul cū aliis pctis mortalibus de quib⁹ prius sacerdoti confessus est quaten⁹ ea recolere sufficit alteri cōfiteri. hoc Rich. di. xvij.

G ¶ Item sacerdos facta sibi confessiōe a subdito suo de peccato de quo nō potest eū absoluere debet eum absoluere a peccatis illis de quib⁹ habet potestatē. Et quo ad aliud ipsū mittere ad superiorem cui penitens idē peccatū de quo nō est absolut⁹ a pprio sacerdote cōfiteri debet ꝛ absolui ab eodē. Nec oportet confessionē pprio sacerdoti prius factā: si forte integra fuerit iterare. Nā absolutio p̄prij sacerdotis que precedere debet cū absolutione superioris sequente vnā sufficientē complent absolutionē sȝ Richar. vbi s. Hec dicta Rich. intellige vbi subditus nō ē maioris excōicationis sñia inuolutus: q2 excōicatus ante absolutionē nō est capax alicui⁹ sacramenti. sm̄ Uil. in cle. ex. de priui. c. i. Debet ergo absolui ab excōicatione ab eo q̄ habet potestatem antequā a suo sacerdote ad penitentiam admittatur.

H ¶ Item nō sufficit ei qui loqui potest et est note lingue per mediam personam vel per scripturam con

fiteri. Nam confessio vt est pars sacra=
menti habet determinatum actū sicut alia
sacramēta habent determinatā materiam
Et sicut ī baptismo assumitur illud elemētū
in quo maxime est vsus ablutiōis vnde in cō=
fessione assumit̄ ille actus quo maxime so=
lemus nostros cōceptus manifestare. s. pro
I prium verbū. ¶ In eo aut̄ qui est mutus
vel alterius lingue vel grauiter infirm⁹ suf
ficit q̄ per scriptū nutū. vel interpretē fiat
confessio. In absentia vero proprij sacerdo
tis non oportet et per scriptum fieri confes=
sionem. Sed si necessitas immineat suffi=
cit alteri sacerdoti vel si nō posset haberi sa
F cerdos laico confiteri fm Tho. Ego tamen
puto salua maioꝝ auctoritate q̄ in articulo
necessitatis vbi deest sacerdos non oportet
laico confiteri sed in eo casu sufficeret cōtri=
tio siue mentalis confessio facta deo cum de
siderio scđꝫ formā ecclesie cōfitendi. ¶ Itē
b cōfessio facta per respōsiones ad interroga
ta que facit sacerdos sufficit nisi fiat p̄ talē
qui potius omitteret confiteri q̄ peccā suū
ore proprio detegere hoc enī de superbia p=
K uenit. de pe. di. v. ca. i. versus finē. ¶ Nō li
cet alicui confiteri peccata que nō commisit
q2 mentiendo peccatoꝝ efficitur et si ad con
fitendū veniens: nō erat peccator. xxij. q. ij.
M cum humilitatis causa. ¶ Itē illa qui dubi
tat de peccato suo an sit mortale tenetur in
de confiteri quia si neglig it periculo se com
mittit. et forte peccat mortaliter nō tamen
debet taliter dubitans asserere in sua confes
G sione illud esse mortale peccatū: sed factum
narret et iudicio sacerdotis relinquat secū=
dū Tho. di. xxi. ¶ Item illi qui confessione
N generali cōfitentur se cōmisisse oia peccata
vel hoc dicere habent tanq̄ in persona eccle
sie scđm Ray. vel quia fm Augu. vno pec=
cato possunt notari multa peccata. Vel hoc
intelligi debet de generibus singulorum:
non de singulis generū. q. d. peccatū cogita
tione / locutione / opere / et omissione / non
tū hoc dictum sufficeret ad confessionem de
peccato mortali: ad quod requiritur cōfes=
O sio specialis con. eā Host. ¶ Itē per con=
fessionē generalē delent̄ venialia. Pro quo
nota q̄d duplex est cōfessio generalis. vide=
licet vna sacramētalis qā quis in secreto cō
fitetur sacerdoti quedā peccata quoꝝ memi
P nit in speciali ⁊ alia venialia in gñali tunc
illa gñalis ɔfessio ex iuī. habet q̄ valeat ad
remissionem venialiū ī toto vel ī pte. s. ex
ɔtritiōe. ɔfusiōe ex humilitate ɔfessionis. ex ɔfōe
sacerdotis / et ex vi clauiū. Alia ē ɔfessio gene
ralis nō sacramentalis. que fit publice corā
omnibus et hec habet efficaciā ad remissionē
venialiū ex tribus primis et nō ex vi clauiū
P fm Tho. et pe. di. xxi. ¶ Itē per generalē
cōfessionē delentur mortalia oblita: q2 cū de⁹
nō requirat ab hoie nisi quod potest ⁊ nō est
in potestate hois cōfiteri in speciali peccata
sua oblita: sed generaliter tantū sufficit ad
delendū hmōi peccata oblita ɔfessio genera
lis cū generali cōtritiōe fz Ray. Si aūt post
ea de eis recordet̄ tenet̄ cōfiteri in speciali vt
M predictū est. ¶ Item de peccatis ante baptis
mum cōmissis requirit̄ cōfessio sed nō voca
lis. vnde nota q̄ triplex est cōfessio peccato=
rum. Vna q̄ fit soli deo ⁊ dicit̄ mētalis et hec
requirit̄ in adulto baptizando. Altera voca
lis q̄ fit dei vicario. i. sacerdoti. et hec de pec
catis ante baptismū cōmissis nō requiritur
nec ante nec post. Tertia q̄ fit homini tanq̄
sapienti cōsiliario ad vtilitatē anime ⁊ hec
requirit̄ ex congruo: non ex debito fm Pe.
Item que impediūt cōfessionē ⁊ remedia cō
tra illa vide supra. ca. i. hui⁹ partis. q. No=
ta q̄ sacerdos qui nō vult licētiam dare suo
parrochiano vt confiteatur alteri nisi p̄ pe
R cunia simoniā cōmittit. fm Ri. ¶ Cōfessio
vocalis non est de iure naturali: sed ex no=
ua lege / nam in veteri lege non tenebantur
homines ad cōfessionem distinctam et speci
alem / sed ad generalem ⁊ indistinctam quā
faciebat sacerdos de peccatis filiorum israel
Confessio autem mentalis est de iure natu=
rali: sed tamen in lege noua ɔfessio est de ne
cessitate salutis ei qui peccatū mortale actu
ale habet: si adsit copia sacerdotis / tum quia
christus eam implicite instituit cum dixit le
proso mādato. vade ostēde te sacerdoti Ma
thei. ix. tum quia Jacobus apostolus pre=
ceptum de confitendo promulgauit cum di
xit confitemini alterutrum peccata vestra.
tum. iij. quia quibus data est potestas iudi
cādi de alia causa implicite dat̄ eis potestas
cognoscendi de ipsa. sed christus non solum
apostolis quorū episcopi sūt successores sed
alijs discipulis quorum successores sunt in
feriores sacerdotes dedit potestatē iudicādi
in foro cōscientie dicēs quorū remiseritis pec
cata remittunt̄ eis quā potestatē sacerdos
exercere non potest sufficienter nisi peccator
ei per cōfessionē suā cōscientiā aperiat. Cū
ergo christus sacerdotes ɔstituit iudices alio
rum in foro conscientie tenentur illi qui con
scientiam vulneratam habent per peccatum

h cam suo iudici aperire secundū Ri. ¶ Item
ois adultus sexus siue vir siue mulier tenet̄
oia pctā sua simul saltē semel in anno con=
fiteri fideliter proprio sacerdoti ex precepto
ecclesie ꝫ in pascha cōicari. ex̄ de pe. ꝫ re. ois
t ¶ Nō potest papa dispensare cū aliquo ut
cōfiteatur eo ꝙ ipse sacramētoꝝ necessitatē
nō possit tollere. sicut nec noua sacramenta
instituere: cū sint ex institutione diuina sed
posset dispensare de tpe vt si quis cōfessiōez
differret vltra annū vel simile sꝫ nō simpli
u citer fm Tho. ¶ Itē quātūcūꝙ peccata no
stra sint sacerdoti manifesta oportet ea con
fiteri / qꝫ nō sufficit ꝙ aliquid sit notū iudici
de quo iudicare habet nisi sit notū ei in for=
ma iudicij fm Tho. et Pe. ¶ Itē ad cōfes=
x sionē stati actualiter faciendā tenet̄ quilibet
si tūc debet sumere eukaristiā: ad quā null⁹
post mortale cōmissum: nisi cōfessus debet
accedere habita copia sacerdotis ꝫ necessita
te non vrgente. Similiter si periculū mortꝭ
y immineat: stati tenet̄ homo cōfiteri. ¶ Itē
si cōsciētia sibi dictet stati esse cōfitendū / si=
militer ratione dubij. vt si speret illo anno
ampli⁹ sibi copiā sacerdotis nō occurrere ꝙ̄
modo habet / vel si habet casum de quo sol⁹
papa potest absoluere et habet modo copiā
penitētiarij dñi pape. alias non tenet̄ statī
confiteri / qꝫ preceptū de cōfessione cū sit af
firmatiuū nō obligat nisi pro locoꝫ tpe. Se
mel eni in anno cōfitendū esse ecclesia deter
minauit vt dictum est. quotiens tñ actualitē
cogitat quis de peccato suo mortali de quo
non erat cōfessus sicut habere tenetur cōtri
aa tionem ita et propositū confitēdi. ¶ De cir
cumstantijs peccatoꝝ quas confiteri oportet
aduerte ꝙ circūstantiaꝝ quedā sunt trahen
tes in aliud genus peccati / sicut coire cum
muliere coniugata: aliud gen⁹ peccati est ꝙ̄
coire cū soluta: qꝫ primū est adulteriū: secū
dū simplex fornicatio et ita de similib⁹. has
circūstantias tenetur homo cōfiteri / quedā
aggrauant peccatū in eadē specie act⁹ pecca
ti ita ꝙ actū peccati reddūt mortalē: qui sine
illis circūstantijs mortalis nō esset. sicut ali
quis actus illicitus potest fieri cū tanta deli
beratione ꝙ erit peccatū mortale qui vel si=
milis si fieret ex surreptiōe mortale nō esset
et de talibus circūstantijs confitendum est.
Similiter quedā circūstantie aggrauāt pec
catum in eadem specie peccati notabiliter et
has etiam oportet confiteri. non eni sufficit
illi qui centū marcas rapuit de alieno dicere
ego accepi de alieno cum hoc verum esset si

vnū denariū accepisset. scdm vero alios cō=
muni⁹ sed non tutius opinātes circūstātias
talem nō oportet cōfiteri. Alie sunt circūstā
tie que non aggrauant peccatū nisi veniali
ter: vtputa qꝫ sine illis act⁹ cui circūstant es
set mortale nec ꝑ eas fieret mortale si alias
non esset / et sic peccata venialia nō oportet
cōfiteri nisi per accidēs vt iste dicet̄: ita nec
huius circūstantias nisi ad cōfessionis perfe
ctionē scdm Tho. ꝫ Ri. ¶ Que aūt sunt cir ab
cūstātie aggrauātes peccatū notatur ꝑ vs⁹.
Aggrauat ordo. loc⁹. mos. cā. sciētia. tēpus.
Ructa. pusilla. mod⁹. culpe. gen⁹ ꝫ qual⁹ alt⁹
Cōditio. numer⁹. etas. ꝫ in scādala. sexus.
Ordo. vt si clericus ꝫ laicus eandē mulierē
cognoscant seu mulieres consimilis cōditio
nis graui⁹ peccatū iudicat̄ in clerico ꝙ̄ in lai
co: nisi alia circūstātia pctm̄ clerici attenuās
in peccato clerici vel alia: peccatū aggrauās
in peccato laici cōcurrat. ex̄ de vita et hone.
cle. vt clericorū mores. Sacerdos etiā in ea=
dem specie peccati grauius peccat diacono / ꝫ
diaconus subdiacono et ita gradatim. opor
tet enim secūdū excellentiā status vel officij
penitere ex̄. ne cle. vel mo. capi. ij. Locus. nā
peccatū cōmissum in sacro loco vt in eccle=
sia grauius est ceteris parībus ꝫ simili pec=
cato perpetrato in loco nō sacro. multa enī
in loco sacro perpetrata sunt peccata que si
extra locū sacrū fierēt pctā nō essent. Mos. ac
i. cōsuetudo vel perseuerantia in peccato qꝫ
tāto sunt grauiora peccata ꝙ̄to infelicē ani
mā diutius detinēt alligatā ex̄ de cōsuet. ca.
cū tanto. diuturnitas quippe tēporis pecca
tum augmentat. extra. de eo qui dux. i vxo.
quā. pol. per adulterium. cum haberet in fi.
Causa. vt cū quis percutit clericū non in=
tuitu discipline sed ex iracūdia / seu cum qs
pugnat non ex causa iusta vtputa pro defen
sione ecclesie. patrie. amicoꝝ vel rerū suarū
sed libidine dominādi vel simili causa. Sciē ad
tia. scilicet vt an sit furiosus qui male fe=
cit / an sane mentis sapiens an fatuus / naꝫ
que furoris tempore fiūt: peccatum nō ha=
bent. iij. q. ix. iudicas. et aliud requirit̄ in pe
rito ꝙ̄ ab imperito. vij. q. i. pontifex. Tem=
pus. scꝫ an die festo an alio. an etiā in. xl. ad
uentu. vigilijs sanctoꝝ / vel tēpore oratiōis
et an de die / an de nocte. hec enim aggrauāt
delicta pctā ex̄ de ferijs ca. i. Ructa pusilla. s.
an multū resistat tēptationū motib⁹ an nō:
ꝫ an preueniat temptationē seu voluntatem /
hoc eni grauissimū est pctm̄ / an pueniat̄ ab ea
ꝙ̄ primi ei mot⁹ nō sūt i potestate nr̄a. Modus

sex operis dispu[t]ata sit, cum muliere agit an or dinarie an extraordinarie ꝙ an naturaliter an contra naturā eam cognoscit et an spon te vel coacte malum fecerit. Culpe genꝰ .i. circumstantia trahens culpam ad aliud ge= nus aggrauat: vt predictū est. Status alꝰ si enim est excellens persona grauiꝰ est pec catum ceteris paribus nā scdm Greg. quā= to gradus altior tanto lapsus grauior. Con ditio .s. an sit diues / an pauper / dñs / an ser uus / meretrix / aut mulier bone fame. Nu= merus .s. an pluribus vicibus peccauit / an paucioribus. debet enī confitens ꝙ pluries fornicatus fuerit etiā cū eadem muliere vi ces singulas quatenꝰ sciuerit exprimere. qr non minus peccat ceteris paribus iterando peccatū suū cū ista: ꝙ si nouiter fornicaret cum altera nec minor penitētia est imponē da ei pro singulis vicibus. ꝙ si totiens forni caretur cum diuersis. di. q. i. imitare in glo. grauius etiam peccat qui pluribus vicibus peccat: ꝙ qui paucioribus ceteris paribꝰ ꝓ pter maiorē assuefactionem ad peccatum. Etas nā grauius peccat senex ꝙ iuuenis in vicijs oppositis virtutibus moralibꝰ. si ce= tera sint paria. Et in scandalis grauiꝰ ē pec catum vnde manifestum vñ prouenit alijs scandalum seu verisimiliter ꝓuenire pote= rit: ꝙ consimile peccatū occultum. Sexꝰ qr magis est peccatū imputandum viro qui a virtutibus seu viribus sic vocatē. ꝙ fortior ē ꝙ mulier que a mollicie sic appellatē ꝙ debi

ac lior est. ¶ Itē actꝰ indifferētes: sicut boni de genere sine mali ꝙ pctā ꝑ circumstātias sicut sua largiri pauperibus: nō est de se malū sꝫ largiri propter vanā gloriā peccatum est. si militer arare triturare et huiusmodi nō sūt mala: sed arare vel aliud simile facere tem pore prohibito malum est et ita de alijs. de circumstantijs vide plura infra eadē parte.

ad ca. viij. B. ¶ Item qr peccato veniali nō de betur aliqua pena taxata: cū quelibet pena taxāda foret proportionata pene debite pec cato mortali: quod a quolibet peccato veni ali in infinitū distat / ideo per solā contritio nem interiorē sine confessione vocali: satis remitti potest peccatū veniale. Sed in casu quo quis peccata mortalia nō haberet sꝫ so lum venialia: teneretē ea semel in anno cōfi teri ꝓpter statutū ecclesie ſm quosdā. Alij di cunt ꝙ sufficit tali representare se sacerdoti ꝙ se imunē a pctō mortali ostēdere vt ad cō munionē possit admitti. Preceptū enī de cō fitēdo illos solos obligat que aliqua pctā ha

bent que oportet confiteri .s. mortalia secun dum Tho. Sed quia difficile est quandoqꝫ cognoscere de pctō an sit veniale: an morta le ideo securū videtur de venialibꝰ huius cō fiteri. ¶ Itē nota ꝙ in iiij. casibus tenetē cō ae fessionē suā iterare. Primꝰ ē si ꝯfessor suꝰ nō habuit ptātē de talibus peccatis absol= uere vel qr nō erat suus sacerdos. Scdus si sacerdos nesciuit discernere. Tertiꝰ si ꝯfes sio priꝰ facta nō fuit integra. Quartꝰ si cō tempsit vel neglexit satisfacere. ꝙ obliꝰ est satisfactionē iniunctā: nā si eā sciret ꝙ imple= re vellet nō oportet ꝯfessionē suā iterare sꝫ Tho. ¶ Itē ꝯfitens qui non est ꝯtritus nec af habet ꝓpositū deserendi pctm: tenetē pctm iterato cōfiteri sꝫ quosdā tenens ꝙ recidēte fictiōe tenetē ipsā fictionē ꝯfiteri nō alia pec cata prius cōfessa vt dictū est ī. eodē capi. C. Item nota scdꝫ Tho. di. xvij. ꝙ quāto quis pluribꝰ ꝯfessoribus ptātē habentibus ꝯfitetē tanto plus ei de pena remittitur. Dummō ex erubescentia confessionis que in penā satis factoriam ꝯputatē: nō ex vi. clauiū. vnde to= tiens posset aliquis confiteri ꝙ ab oī penā liberaretur. Itē si quis post ꝯfessionē bona fide factā recidiuat .i. iterū labitē in mortale pctm: non opꝫ pctā prius confessa iterato ꝯfiteri in specie sed in genere. Dicit Tho. su per iiij. di. xxi. ꝙ tenetē ꝯfiteri illud sine quo nō posset sciri debitꝰ satisfactionis modus vt si ipse frequenter lapsū carnis passus est ex aliqua occasione: ista occasio est exprimen da vt per penitentiam ꝓscidatē. Et similiē de alijs pctīs. Et si nō sufficiat cōfessio pctōrum di missorum in generali: poterit ꝯfitens ad spā= lia condescendere prout sibi viderit oportu nū nō enī pōt in hijs ꝓfigi certa regula vel mensura. Uidetur quibusdā qꝺ recidiuans habet confiteri suam magnā ingratitudinē qua cōtra deū qui sibi multa pctā per prius acta remisit: ꝙ grām contulit: tam grauiter

ag recidiuando deliquit. ¶ Itē nota ꝙ cōfessi nō sacerdoti quē ꝓchialis sacerdos posuit in loco suo credēs ipm fuisse sacerdotē. tene tur illa eadē peccata si sint illorum memores sacerdoti suo iterū confiteri quia de illis nō fuerant absoluti. Et ꝙuis ista cōfessio fuit eis meritoria: non tamē tā vtilis ceteris pa ribus ac si fuissent sacerdoti. Quia non sa= cerdos tale beneficium quale ministrat sa= cerdos ex vi clauium conferre non potu= it penitenti: nec sunt taliter confitentes transgressores precepti de confitendo se= mel in anno ꝓprio sacerdoti iudicādi qr eos

ignorantia inuincibilis seu probabilis ex=
cusauit. plura de cōfessione quere infra capi
tulo quinto huius partis. ¶ De satisfactiōe
et partibus eiusdem. Capitulum .iiij.
A Ad complementū penitentie requi
ritur satisfactio: que dicitur ipsius
tertia pars principalis. Est autem
satisfactio scd'z Augustinū causas
peccatorū excidere et earū suggestionib⁹ adi
tum non indulgere. Sed ſ'z Anselmū .i. cur
deus homo. Satisfacere: est deo honorē de=
bitum reddere. Satisfactio eni curat pecca=
ta preterita recōpensando. et hoc videt' in=
nuere diffinitio Anselmi. et preseruat a futu
ris cauendo et hoc innuit diffinitio Augu. et
scd'm Pe. Nota q̄ sacerdos quedā iniungit
penitenti ad satisfactionis fundamentū sicut
abstinere a peccato et restituere ablatū / que
dam iniūgit ad satisfactiōis substātiā sicut
ieiunare. vigilare. dare elemosinā. peregri=
nari et hm̄oi opera penalia / quedā iniūgit
ad satisfactionis securitatē et pfectionem vt
sunt opera supererogationis ſ'z Thomam.
B ¶ Tres sunt partes satisfactionis. s. ieiuniū
orō. et elemosyna. oratio cōtra superbiā / ie=
iuniū contra carnis cōcupiscētiā / et elemosy
na contra auaritiā ordinat'. vn̄ Tho. xij. bo
na est oratio cū ieiunio et elemosina / ad has
reducūtur oīa alia opā satisfactoria. nā vi=
gilie. peregrinationes. discipline. abstinētie
et oīa alia opa carnē affligentia reducuntur
ad ieiuniū. oīa vero opera spiritualia ad ora
tionē. oīa vero opa mīe ad elemosinā. harū
sufficiētia partiū sic accipit'. nā ſm philoso
phū .i. ethico. ca. x. tria sunt genera bonorū
s. bona fortune que vocātur bona exteriora
bona nature q̄ vocant' bona corporis. et bo=
na gratie que vocantur bona anime. de bo=
nis exterioribus satisfacimus per elemosi=
nam sub q̄ cōprehendit' totū quod expendi
tur in proximorū vtilitatē. de bonis corporis
satisfacim⁹ per ieiuniū sub quo cōprehendit'
quicquid pertinet ad corporis afflictionē: et
de bonis anime satisfacim⁹ per orationem
sub qua cōprehēditur quicquid deo exhibetur
C per latrie seruitutē. ¶ Sed nota q̄ elemosi=
na dupliciter pōt fieri. s. intētione subleuandi
pximi necessitatē: et sic est op⁹ mīe: vel in
tentiōe recōpensandi p debito offense diuine
et sic est opus iusticie et proprie satisfactio de
D elemosina vide latius parte viij. ¶ De ieiu
nio quoq; sciendū q̄ in carne sunt duo. vnū
natura q̄ debet sustentari. aliud viciū quod
debet edomari. Illud ergo ieiuniū quod na
turā seruat et viciū edomat bonū est et ptinet
ad satisfactionē. aliud vero nō. de ieiunio vide E
plura pte. ix. ca. v. ¶ Oratio aūt dupliciter
habet fieri. s. vel pro impetratione bonorū et
sic est pars cōtēplationis / vel pro amotione
malorū et sic est pars satisfactiōis ſm Tho.
et q2 scd'm Hiero. nō sanat oculus qd sanat
calcaneū. Ieiunio sanantur pestes corporis
oratione sanant' pestes mentis nō debēt hee
partes satisfactionis indifferēter iniungi. s.
quecūq; istarū licuerit p quocūq; peccato / s'z
oratio iniūgenda est in remediū superbie / ie
iunium in remediū carnalis cōcupiscētie / et
elemosina in remediū cupiditatis et auaritie
Itē illi cui nullo mō est pena ieiunare: non
est ieiuniū satisfactoriū et ita de oratiōe et ele
mosina valēt tñ ad alia multa. s. ad vitā eter
nam si fiāt in caritate et ad cauēdū pctā futu
ra. sed nō ad remissionē pene debite pro cul=
pa / q2 pena per penā recōpensanda est scd'z
quosdā Alij fauorabili⁹ dicūt q̄ hm̄oi opa q̄
sunt penalia ſm cōe iudiciū nō sūt respectu
hm̄oi nature vel illi⁹: s'z respectu nature me
dio modo se habētis nō excellentis acute sed
vehementer obtuse sunt satisfactoria p pec
cato. ¶ Nō potest homo de vno peccato sa F
tisfacere alio retento de quo non penitet / nā
satisfactio est offense ablatio / et offense abla
tio ē amicitie restitutio / et ideo si aliqd obsit
qd amicitie restitutionē impediat nō est sa=
tisfactio. cū ergo quodlibet mortale peccatū
impediat amicitiā caritatis que est hoīs ad
deū: ipossibile est hoiem satisfacere de vno G
peccato mortali alio retēto. sicut nec homi=
ni satisfaceret q̄ pro alapa sibi data se ei pro
sterneret et aliā sibi similem daret ſm Tho.
¶ Dicūt qdā q̄ non pōt fieri satisfactio per H
opa etiā penalia facta extra caritatē imitan
tes dicto apostoli .i. ad Corin. xiij. Si distri=
buero i cibos pauperū oēs facultates meas
&c. nihil mihi pdest. et ideo dicūt q̄ pnīa iniū
cta i penitēti q̄ est in grā si postea recidiuet / et
penitētiā replicat in peccato mortali est oīno
iterāda. Tho. di. xv. itelligit hoc dictū de pe
nitētia iterāda: qn̄ ex oīb⁹ satisfactoriis cō= I
pletis i pctō mortali nō derelinquit' aliqs effe=
ctus manēs i satisfaciēte post trāsitū huius
act⁹ / sicut forte sunt orōnes meditatiōes et
huiusmōi / si autē maneret aliqs effect⁹ post
trāsitū act⁹ satisfactorij sicut i ieiunāte: ma
net corpis debilitatio / i largiēte elemosinā
substātie diminutio / et ita de alijs talia opa
satisfactoria facta etiā in mortali pctō non
oportet iterare: et ideo videt' q̄ de facili reci=

diuantibus essent opera satisfactoria. De hoc secdo q̄ne iungenda. dic Wil. q̄ si quis facit penitētiā in mortali sit de nouo iponēda satisfactio: non tñ tanta sicut si nullā fecisset: q2 presumendum est q̄ propter ista opera que fecit etiam extra caritatem deus ei maiorē cōtritionē dedit que multū facit ad pn̄e remissionē. Scotus aūt dicit esse probabile q̄ qui semel penitet et voluntarie recipit pniam sibi impositā ab ecclesia claue nō errante: si p̄ postea recidiuet ante cōpletā penitentiā n̄ tn̄ q̄ tenebitur illa cōpleta ad aliā pniam iterandā p illis pctis. melius est tñ implere eā in caritate: q2 tunc et solueret debitam penā et mereret grām. Satisfaciēs vo dū est in pctō mortali grām nō meretur cū debitum soluit. exēplū huius patet in actibus humanis. nam si offendenti in regē pena precisa esset s3 legem abscisio manus: licet isti inuito vel nō reconsiliato ad grā3 regis: abscindatur manus satisfacit regi in tantum q̄ pro illa offensa nūq̄ alia pena secūdū iusticiā exigeē. Sic in proposito: satisfactio q̄nq̄ iponiē solum vt emenda offense preterite et sic maiori culpe maior pena debetur. et grauius peccanti pena grauior. Nū q̄ imponiē nō solum pro culpis preteritis: sed etiam ad cautelam pro futuris: et tunc non semper maiori culpe imponitur pena maior. Nā iuueni fornicanti quandoq̄ maior pena imponitur q̄ seni consimiliter fornicāti. q2 licz senex magis peccet ceteris paribus: tamen iuuenis fortiore indiget retrahente secundum Pe. distin. xv. ¶ Itē flagella que deus immittit hominibus in hac vita si homo voluntarie acceperit illa ad purgationem peccatorum patienter eis vtens assumunt rationem satisfactionis et sunt satisfactoria pro peccatis. Si autem omnino dissentiat et inuite patitur ea: tunc non habent rationem satisfactionis: sed solum vindicationis secundum Tho. distin. xv. ¶ Item elemosine ad quas homo alias tenetē q̄ ex iniunctione confessoris non sunt pars satisfactionis: sed secundum quosda3 preambulum ad eam. ille vero ad quas nō aliunde tenetur sunt satisfactorie et magis q̄ ieiunium vel oratio. Nā elemosina: ieiunium et orationem includit: quia illum cui datar constituit debitorem ad orandum pro eo pro quo datur. et est in se quasi quedam oblatio facta deo que vim orationis habet. Ecclesiastici. xxix. conclude elemosinā i sinu pauperis et hec pro te orabit. Subtractio autem bonorum exteriorum per elemosinam in quantum ad corporis sustentationem ordinātur q̄ū virtualiter continet ieiunium quo corpus maceratur ad thimo. iiij. corporalis exercitatio ad modicū vtilis est: pietas vero ad omnia valet. Et sic elemosina complectius habet vim satisfactionis q̄ oratio vel ieiunium. Et oratio q̄ ieiunium quia per orationem mens ad deū eleuatur et corpus debilitatur secundū Tho. vbi s. ¶ Item vnus potest satisfacere pro alio pro peccatis. dummodo sit impotēs ad satisfaciendum pro seipso. Et ille alius satisfacturus sit in caritate. Nam rationabile est vt qui sufficiens est: satisfaciat per seipsum. Et pn̄ia facta per alium non habet completam rationē satisfactionis licet eius sit solutio debiti p peccatis preteritis: nō tamen est excisio causarū respectu peccatorū futurorz secdm Pe. vbi s. Solent namq̄ sacerdotes post iniunctā penitentiā spālem sic dicere: q̄cquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorū et valde laudabiliter. Nā ista opera bona que penitens vltra specialē penitentiam expressam faciet: virtute clauium erunt culpe cōmisse expiatiua et habebunt vim satisfactionis sacramētalis q̄ talia ex libera voluntate et non ex iniunctione in foro penitentie facta non haberet. Nā si sacerdos maiorem penitentiā iniungat q̄ exigit culpa nichilominus tenetē illā penitens adimplere si comode poterit: si vero minorem imponat: residuum soluet penitēs hic vel in purgatorio. Et ideo iniungūtur gn̄aliter omnia bona que faciet penitēs et q̄ minus sufficit penitentia iniuncta specialis virtute clauium supleat generalis. hec colligi possunt ex dictis Tho. in quadam questione de quo libet. ¶ De forma restitutionis et quando res est restituenda et q̄n nō. Cap. v.

Non dimittitur peccatū nisi restituatur ablatū si restitui pōt. xiiij. q. vi. si res. Oportet ergo vt de oībus dāpnis et de reb9 iniuriose acquisitis fiat restitutio. Vel ad minus habeat firmū ppositū restituēdi si quid ab alio iniuriose ablatū est anteq̄ valeat satisfactio sacramentalis. Nō tamē est restitutio pars satisfactiōis huius sed ad eā quoddā pambulū. Nam in casu aliquis tenetē ad restitutionē qui de peccato satisfacere nō tenetē. vt patet de innocente cui deuoluta est per mortem patris res aliqua ipso sciente a patre p vsuram vel rapinā acquisita. Quia illa3 te

B necessitate salutis restituere oporteret scd'm Richar. di. xv. ¶ Quia tria sunt genera bonorum. s. bona anime. bona corporis: et bona exteriora: que bona fortune dicuntur et in singulis horum bonorum contingit hominẽ dampnificari. Videndum est quo ad singula quomodo restitutio fieri debeat. Primo quo ad bona anime cuiusmõi sunt virtutes gratie que maxima bona dicunt ab Augu. ij. retractat. Et est notandũ q illa nõ corrũpuntur nisi per vicia et peccata: que oĩno voluntaria sunt eo ipso q sunt peccata vel vicia s'm Augustinum. de vera religi. et ideo nullus dãnificatur in illis directe nisi propria voluntate. Sz indirecte contingit vnũ dãnificare alium. s. inducendo ipsum ad act' viciosos quibus virtutes corrumpũtur. et talis inductio potest fieri consulendo. suadẽdo precipiendo. rogando et alijs modis. sed cum restituere sit iterato statuere spoliatum in rei sue possessionẽ s'z Tho. di. xv. talĩt dãnificãs aliũ nõ põt eũ restituere directe: põt tñ indirecte et ad hoc tenet. s. inducẽdo eũ efficacit' ad pñiaz et ad act' virtut'. qđ si nõ sufficit talis inductio q2 facili' ẽ puertere q̃ 2uertere: tenet p eo orare et alior' orationes pro eius conuersione impetranda procurare. Ac etiam alios persuasores efficaces ei dirigere si poterit: dum tamẽ illis nõ probat peccatum illius dãpnificati si sit occultũ. Ex his patet q̃ periculosum sit aliquẽ ad peccandũ sollicitari vel inducere: cum sic inducẽs vix poterit restituere ad condignũ s'm Scotum Similiter dãnificans alium in bonis corporis vel similiter occidendo mutilando aut alio modo corpus debilitando q̃uis non possit restituere directe vitam vel mẽbrũ: tenet tamen ad refundendũ alia bona p eo dãpno compensanda qualitate scil3 quantitate dãpni et facultate dãpnificãtis Et hec restitutio dz fieri ad arbitriũm bonor' viror' nõ solũ p dãno de mẽbro pdito qđ verisimiliter accideret s3 de expẽsis appositis circa curationẽ lesiõis et pl' põderãda est mutilatio pau

C peris q̃ diuitis. hec Scotus di. xv. ¶ De homicida volũtario dicit q nõ põt debite restituere nisi subeũdo penam talionis si infligatur ei a iudice vel exponẽdo vitã suã in causa iusta 2tra inimicos ecclesie: p vita alterius quã abstulit vel alio mõ mortẽ sustinẽdo dũ tñ vim nullaten' inferat sibipsi. Sed hec sñia videt multis nimis dura et multos inducere posset in desperationẽ, ideo addit aliã viã restituẽdi. s. qđ homicida tenet restituere ad equiualẽtiã vite ablate quaten' in talib' poterit esse equiualẽtia. s. p orones opa penalia et elemosinas ac patrẽ matrem vel alios propinquos interfecti si quos sustẽtabat tenetur interfector si sufficit alere et etiã in luctu ppetuo pmanere: vnde reprehẽdit istos qui nimis faciliter absoluunt homicidas volũtarios nõ insinuantes eis sui facinoris grauitatem et restitutionẽ de congruo incũbẽtẽ. s. penã taliõis hec ibi. ¶ Itẽ

Si aũt sit occultũ tunc indistincte pniã erit arbitraria vt dictũ est. et hmõi septẽnis pe-nitẽtia magis vel min⁹ aspera debet impo-ni scdm quod maioritas criminis vel mino-ritas cũ ceteris circunstantijs exposcit. quod scdm Hieronimũ pl⁹ valet apud deũ morti-ficatio vicioꝝ ꝙ abstinentia ciboꝝ. de pe. di. G j. mensurã. ¶ Et bene faceret sacerdos si di-ceret ita penitẽti tu cõmisisti tot ꝛ talia pctã mortalia pro quoꝝ quolibet deberes septẽ-nẽ pnias subire: sed qꝛ forte vita tua ad hoc nõ sufficeret iniũgo tibi talẽ pniam pro oib⁹ et concedo quod indulgẽtie plaroꝝ quas tuo labore seu elemosinis te mereri cõtigerit: ti-bi prosint et oĩa bona ꝗ facies ꝛ mala ꝗ tol-lerabis iniungo tibi ꝓ pniã de hoc di. ca. iiij. Itẽ si penitẽs nolit subire onus pnie sibi i-positũ inducat eũ ad hoc suasionib⁹ ꝛ exem-plis: ostẽdendo ei quantã penã sustinuit ꝓ-inus parẽs cũ tota posteritate pro gustu E pomi vetiti. Exprimat ei horrorẽ penaꝝ in-ferni: acerbitatẽ purgatorij quod in illo pur-gabit quicqd nõ purgabitur hic plene p pe-H nitentiã. ¶ Caueat sacerdos ne cuiꝗ tã gra-uem pniam imponat ꝙ eam cõplere nõ pos-sit: meli⁹ est eñ de mĩa rationẽ reddere: ꝙ de crudelitate. vbi eñ paterfamilias largus est: non debet dispensator esse tenax. Et si dñs benign⁹ est vt quid vult seruus appare-I re austerus. xxvi. q. vij. alligant. ¶ Caueat etiã sacerdos ex alio latere ne per indiscretã pietatẽ penitenti noceat. nam facilitas ve-nie incentiuũ tribuit delinquendi. xxiij. q. iiij. est iniusta mĩa. et sicut nulli hoi clauden-da est mĩa: ita nulli pctõri relaxanda est ipu-nitas ibidẽ ca. duo ista. Sic ergo moderate se habeat sacerdos ꝛ prudenter vt nullũ si-nat pctõrẽ a se recedere desperatũ ꝓpt̃ gra-uitatẽ pnie: sed potius sibi imponat ꝙ quo-libet die dicat vnũ Pater nr̃: et Aue maria. vel ꝙ qualibet septimana vadat ad ecclesiã vel aliqd leui⁹ ꝙ mera suscipere voluerit vo-K lũtate. ¶ Et hic est notãdũ ꝙ si confessor ali-que arbitretur minorẽ penitentiã ꝙ debuit F imponẽdo: si sit suus sacerdos prochialis ex hoc aĩo dispensandi faciat. sufficit illa pniã licet modica pro cõpensatione pene debite si integre ꝛ deuote suscipiat. dum tñ peni-tẽs ille maiorem penitentiã si sibi iponeret facere sit paratus. Et hoc idẽ tenendũ est si sacerdos proprius hoc faciat per errorem ꝛ impericiam dummodo ab ipso penitẽte cre-debatur esse peritus secundum quosdã. sed magister senten. dicit ꝙ si sacerdos non iniũ-gat penitentiam cõdignam vel si iniungat dignam: et penitẽs eam non implet nõ ab-soluitur a tota pena debitã. sed a tanta quã-tã penitentiam fecit: nisi forte propter ma-gnitudinẽ contritionis pars residua dimit-tatur. Si vero penitens sciat sacerdotẽ suũ imperitum: tunc in culpa est: nec per hoc re-leuabitur et idem iuris est si ad alium sacer-dotem ierit pro confessione audienda cũ ꝓ-prius sacerdos est peritus. Si autem ꝓpter imperitiã proprij sacerdotis ad discretiorẽ ierit habentem potestatem et ipse minorem pniam ꝙ deberet iponeret / sufficeret illa pe-nitenti dũmodo maiorem subire vellet vtiꝫ dictum est de proprio sacerdote. de pe. di. j. mensuram fm glosam.

¶ De penitentia iniungenda et varietate eiusdem. Capitulũ. xj. A

Bene cõsideratis que premissa sũt et memorie commendatis iniun-git sacerdos confesso pniam pro peccato quasi per contrarium re-spondentem fm Jo. in sũma conf. videlꝫ. Contra superbiam et ei⁹ species: exercitium humilitatis vt visitare infirmos pauperes et incarceratos: sepelire mortuos: tractare et diligẽter intueri sepi⁹ terrã osculari. pro prie conditionis miseriam frequẽter ad me-moriam reducere: orõib⁹ deuotis insistere prona mẽte. Contra irã. opera lenitatis et mãsuetudinis. vt sui vindictã nõ appetere sed deo totaliter cõmittere veniã petenti. si-ne difficultate remittere a prouocato per ip-sum hũiliter veniã petere. dulciter affari: ac pect⁹ tundere: ꝛ genua flectere. Contra inui-diã opera charitatis vt diligere inimicos et orare pro persequẽtibus bona loqui de his qbus detrahebat si poterit sine mendatio. consolari mestos: docere ignorantes. Con-tra auariciã. opa iusticie ꝛ pietatis vt sunt aliena reddere ꝛ sua largiri maxime paupi-bus: ꝛ quãtu⁹ cõmode poterit ꝛ pctã sua elemosinis redimere. Cõtra accidiã. opa la-boriosa bona vt sũt pegrinatiões ad loca sã-cta laborare. ꝓ paupib⁹ ꝛ miserabilib⁹ psō-nis bñe studiose occupari ꝛ similia. Cõtra gu-lã ꝛ luxuriã iniũgẽda sũt opa carnis afflicti-ua: vt ieiunia vigilie: disciplinꝫ ciliciũ. lect⁹ dur⁹. fuga occasionũ ꝛ loci mutatio si opor-tet. lxxxi. di. valet. ¶ Item pro mendatio B iniungendum est silentium per aliquas ho-ras diei vel septimane. et si hoc noluerit: ꝓ-cipiat ei abstinere a multiloqo et garrulita-te et ꝙ frequẽtius dicat orationem domini

cum cum simbolo vel alias orones et si ali=
quem leserit per suum mendaciū restituere tenet
omne dāpnū. vel si nō poterit debet petere hu
militer a leso veniā. Si aūt mentitus fuerit
in hijs que vel sūt vtra doctrina sacre scriptu
re quod valde piculosū est. non de facili di=
mittitur quia per talia mendacia tot penas
meretur: quot homines inter eius menda=
cium sunt erraturi iniūgendū est q falsa di
cta sua siue mēdacia locis temporibus et p=
sentia hominū quibus expetit omnio reuocet
et retractet: et grauem pniam sibi imponat
correspōdentē. Consueto ad mendacia in=
iungatur diutinū silētiū orationes multe:
et si ista pnia nō sufficit alia poterit addici p
arbitrio sacerdotis et similiter q lesit aliquē p
periuriū tenet leso restituere omnia dāpna
que ptulit occasione illa et si periuriū fuerit
publicū nūq̄ est ad testificandū aliqd admit
tendus saltē si ei obiciatur et grauis penitē
tia vt infra ca. xiij. q. imponenda est. Nisi
subsit causa rationabilis mitigandi. Cre=
bro etiam iurantibus sine rationabili causa
et qui iurant assidue per membra christi et
huiusmodi iniungendum est silentium. ora
tio et huiusmodi vt dictum est. Et q absti=
neant se a iuratiōe. Et quotiens recordan=
tur se fuisse periuros flectant genua percu=
tiant pectus et dicant orationē dñicam vel
alia si locus et tempus ad id cōueniant et in
cautū iuramentū et surrepticiū redimatur
c per silentiū et orationē. ¶ Siquis in eccle=
sia vel in loco sacro turpia et inhonesta seu
vana loquitur iniungatur etiam silentiū et
oratio vel grauior pena. prout culpa requi=
rit. et similiter eis qui garrulitate diuinū offi=
ciū perturbāt vel audiūt indeuote: ob=tene
d tur. ¶ De clericis qui ad diuina officia tenē
tur indeuote psallentibus et absq; attentio
ne debita qn peccant mortaliter et qn nō vi
de s; part. iiij. capi. x. i. et de omittentibus
horas canonicas ibidē. k. in fine et s; ibi di=
e cta pnia erit talibus iniūgenda. ¶ Itē gra
uior pnia est ei imponēda qui publice pec=
cat q qui occulte propter scādalū proximi: ex
peccato publico pueniens. Est em̄ scanda=
lum dictum vel factum minus rectum pre=
bēs aliqs occasionē ruine vide. j. c. xxviij. k.
Ideo inquirat a penitēte si pctm̄ suum fuit
publicū et multos scādalizauerit. i. talibus pec
cādi occasionē dedit et si sit publica pnia vi
detur iponēda maior vel minor scdm̄ quod
plus vel min⁹ peccauit vñ Aug. vbi ortū ē
malū ibi moriat si i occulto factū ē exigua

tur p occultā pniam. si in publico p manife
sta vt gaudeat ecclesia de cōuersio. ¶ Itē vo K
luntas mala puniēda ē: etiā si bonū sit inde
sequutū vt si quis seminauerit alteri⁹ terrā
aio surripendi messē et si nihil inde asportaue
rit dño terre totū cōmodū tre obtinēte iniun
gat ei pnia cōgrua p mala volūtate: vt oro
siue elemosina. p homicidio volūtario ipo
nitur quoq; pnia solēpnis vtē. c. j. k. ¶ Itē G
que pnia sit iponenda p homicidio volūta
rio et que pro casuali vide īfra. cap. xiij. ¶ M.
Furioso q in furia sua occidit hoiem et post
ea efficit sane mētis pnia iniūgēda est ad cau
telā licet nō peccauit. xv. q. j. siquis insaniēs
¶ Itē illis q illicitos cōcubit⁹ inter viros et H
mulieres pcurant. vel ad id cōsulunt. vel q
feminas ad hmōi cōcubit⁹ vēdūt seu locāt p
precio ds iniūgi q vijs et modis quib⁹ pos=
sunt ad cōtinētiā illas reuocare: et pro dāp
nis eis restituere et alia pnia cōgrua iniūgat.
¶ Gulosis et assuetis ad gulā iniūgat vt ie I
iunēt pane et aqua: vel alio mō: siue strcti⁹
vel largi⁹ iuxta pcti quātitatē et circūstātias
et vt tm̄ de cibo et potu dent paupib⁹: quātū
sūpserint vltra modū. Iniūgat quoq; tali
bus discipline vsus lanceoꝝ vel cilicij in du=
ro cubili iacere. vigilare aliqua hora noctis
in orōnib⁹ et potissime qn̄ insurgit grauis tē
ptatio carnis. et hec cōtra alia pctā carnis iu
xtā discreti sacerdotis arbitriū iniūgat. Cle
rico q pp̄ter crapulā vel ebrietatē vel seque
tē sōpnolētiā diuina omiserit officia iniūgat
vt cū sobri⁹ fuerit effect⁹: suppleat qd omi
sit et alia pnia cōueniēs p ipsa gula vt di=
ctū est. ¶ Cōsuetis inebriari iniūgat vt nō K
intersint publicis potatiōib⁹ et abstineāt ab
excessu in potu: vel alia pnia vt cūq; aspera
maxie pp̄ter mala que ex ebrietate sequūt.
vtputa fornicatiōes. adulteria homicidia. ri
xe. contentiōes et oim mādatoꝝ dei obliuio
Illis aūt q casualiter inebriati fuerint vtpu
ta qr ignorauerūt pot⁹ fortitudinē: vel pp̄
insolitā sitim superueniētē: vel propter exhila
rationē hospitū saltē intra fines caritatis et
in casib⁹ similib⁹: leuis potest iniūgi pnia.
cū talis ebrietas inter venialia cōputet. scḋm
Tho. in sūma. ¶ Iracūdis et alijs q hoib⁹ L
et dei creaturis libēter maledicūt: iniūgēdū
est silētiū p aliqd tēpus. et si prorupernt in
verba opprobriosa siue cōtumeliosa p ea dā
nificando alios iniūgatur q satisfaciāt leso p
dāpnis meli⁹ quo poterunt. et si odiū diu in
corde tenuerūt erga pximū q illis totaliter
dimittant et vacent orationibus suis certis

horis in recōpensationē pro tp̄e quo fuerint
extra caritatem ꝑ odium ꝓximi: q2 tunc ser
uitus sua quā deo exhibuerit deo nō placuit
M ¶ Mulieri pregnāti congrue poterit iniun
gi ꝙ ab ope laborioso se abstineat ne ꝑiculū
ex hoc fetui ꝓueniat. mulieres etiā p⁹ ꝑtuꝫ
filios ꝓprios lactare debent nisi causa ratio
nabili excusentꝰ. nec. s. donū dei qui contulit
eis habundantiā lactis paruipendere videā
tur. Nullū enī aliud lac est ita ꝯueniēs pue
ro alendo sicut lac matris ꝓprie sicut dicūt
phisici. Itē caueat sacerdos ne vxori q̄ adul
teriū cōmisit iniungat penitentiā ex qua po
terit verisimiliter videri marito suo suspe=
cta cuiusmodi sunt ꝑegrinationes vigilie fre
quens et insuetū ieiuniū. vsus scilicet que su=
spitionē mali faciliter inducerent. nec debet
ei iniungere largaꝫ elemosinarū largitionē
nisi forte de bonis ꝓprijs si q̄ habeat annuē
te marito: sed iniungat assiduā ꝯpunctionē
cordis vt abstineat se ab illicitis amplexib⁹
puniendo se per continentiā que prius deli
quit ꝑ lasciuiā. nec exigat debituꝫ a marito
durante tp̄e pnīe quatenus sua pnīuerit fra
gilitas. et nisi habuerit oportunitatem ge=
nua nudata flectat: pect⁹ tondat: terrā oscu
letꝰ ⁊ frequenter instet orationibus. Vsus.
Uxor adulterij rea confessore perito.
Sic luat admissa ne sit suspecta marito.
Hec etiam in maritis contra vxoꝛ suaꝛ su
spitionem sunt conformiter obseruanda.
¶ Meretricibus aūt cōib⁹ iniungenda ē pe
nitentia qualis pro adulterio incestu forni=
catione ⁊ qualicūq; turpitudine libidinis so
let iniūgi. nesciūt ei an sacerdotes religiosos
ꝯiugatos vel cuiuscūq; ꝯditōis viros ad ꝯcu
bitū nephariū admiserīt. ⁊ fiāt eis exhorta
tiōes ad cōtinētiā ⁊ detestationē pcti sui vt s̄
ca. ix. k. ¶ Intrantibus religionē non ē pe
nitentia iniūgenda ꝓ pctis ante ingressū cō
missis. ex. de voto ⁊ ti. redemp. scriptuꝛ. s̄m
glo. Laicis qui alias orōnes nesciūt iniūgē
da est orō dn̄ica. et cōueniēs est ꝙ eā dicēdo
septies in die laudēt deū et qḋ dicāt saluta=
tionē angelicā ⁊ simbolū fidei. et si nesciant
ea addiscere nō postponant: ⁊ ꝙ quolibet die
faciāt crucis signaculū in fronte ⁊ in pecto
re dicēdo In noīe pr̄is ⁊c. ¶ Itē moneat sa
cerdos penitētē ne recidiuet ⁊ vt vitet occasi
ones peccādi. vt dcm̄ ē. b. Sepe reū moneat
ꝯfessor ne recidiuet. Et vitet causas ad laps⁹
allicientes. Et si labaꝛ cōfessi ꝯfiteaꝛ. ¶ In
firmis in articulo mortis cōstitutis non est
pnīa imponenda sed innotescēda: isto modo
sacerdos audita cōfessione dicat infirmo. si
tu esses sanus talē penitentiā agere deberes
vsq; ad tale tēpus: sed quia infirmus es nō
iniungo eā tibi cōsulo aūt tibi ꝙ si decesseris
facias talē elemosinā vel iniungas alijs vt
pro te faciant. Si aūt conualueris peniten
tiā quā tibi notificaui adimpleas s̄m Host.
Et semꝑ pnīa est talibus innotescēda ꝑ mo
dū cōsolatiōis declarando benignitatem dei
misericorditer remittentis potius ꝙ ꝑ mo=
dū districtionis vel horroris notificando se
ueritatē ipsius iuste penitētis. ¶ Caueat sa R
cerdos ne pnīa quā iniungit penitenti sit ni
mis rigida vel arta: sed qḋ sit medicinalis
ad diluenda pctā mortalia nō ad destruēdū
corpus sed etiā si quis se nimis attenuare:
vel maccrare voluerit per indiscretā pnīam
prohibeat sacerdos ne hoc faciat: q2 is qui
se nimiū affligit ita vt mors inde sequaꝛ ho
micida est suijpsius. Caueat etiā sacerdos
ne turpis lucri grā pnīas iniungat quales
sūt ꝙ mulier cognita a viro post partū ante
purificationē deportet deinceps cū qualibet
muliere purificanda in illa parrochia obla=
tionem suā ad altare. et qḋ homicida vel al
ter q̄ mortē alteri⁹ ꝓcurauit offerat cū quo
libet mortuo in eadē parrochia neq; iniun=
gat ex cupiditate animalia vnde ipse emolu
mētū consequaꝛ. hec oīa prohibētur in cōsti
tutione sinod. ca. audiuimus.

¶ De casibus dubijs in confessione contin=
gentibus. Capitulū. xij.

Uxor alicui⁹ nō hn̄s prolē de mari A
to suo ex alio viro cōcepit in adul
terio et peperit vel partū alienum
supposuit ficte simulādo se ꝑgnā
tē ita ꝙ legitimi heredes sunt in via perden
di hereditatē ꝓpter spuriū vel suppositum
qui credit ver⁹ heres. mulier totū factū dete
git cōfessori. In hoc casu sacerdos consulat
mulieri ꝙ ep̄o suo ꝯfiteaꝛ hoc pctm̄ et tunc
ep̄s vel etiā ille sacerdos si tante discretiōis
vel maturitatis sit vel ꝙ tuti⁹ est ābo simul
inquirant diligenter et caute de ꝯditionibus
spurij siue suppositi et si inuenerint ꝙ sit hō
spūalis et timēs deū: tūc corā muliere si vi
derint expedire prius recepto iuramēto ab
ip̄a ꝙ nō calūpniose ꝑdituꝫ etiā ab ip̄o spu
rio siue supposito ꝙ secretū tenebit. poterūt
reuelare sibi casū ꝑ quanto oportet et ꝯsule
re sibi quod ingrediatur religionē vel trās=
ferat se ad longinqua ita ꝙ nihil recipiat de
bonis patris putatiui. et ip̄sa mulier si non
timet periculum poterit reuelare factū ma

rito suo. Sunt enim aliqui viri qui sustinẽt
scienter adulteriũ vxorum suarũ: eo ꝙ non
sufficiunt proprios filios generare. et in tali
casu tute põt sacerdos ↄsulere ꝙ reuelet ma
rito suo: et si maritus acceptet factũ absolu
ta est mulier a periculo exheredationis. Si
vero illi spurio siue supposito nõ potest re=
uelare sine periculo: vel si post reuelationem
non vult acquiescere cõsilio: tunc iniungat
mulieri ꝙ de bonis si que habet vel in poste
rũ habere contingat satisfaciat sibi vel ve=
ris heredibus iuxta posse: dolens sẽp de pec=
cato et de hoc etiã ꝙ nõ potest plene satisfa=
cere. et talis satisfactio fiat p aliã secrete et
caute nõ reuelando ipsi viro seu etiam here
dibus veris psonã vxoris. s3 Ray. et Host.
satisfaciat etiã mulier viro de consũptis ab
illo filio suo. De hereditate aũt tenet here=
dibus viri ab intestato vel heredibus instri
ptis vel illis quib⁹ credit verisimiliter ꝙ he
reditatẽ reliquisset vel si hoc nescitur det pau
peribus scd̃m Inno. sup ca. officij. Si vero
mulier nõ hẽret qd̃ dareti ↄ hẽret ꝓbatiões p
quas releuare posset successores predictos a
dampno qd̃ sustinẽt occasiõe sua debet eos
adducere ad probandũ veritatẽ nisi graue
periculũ inde foret verisimiliter prouẽturũ
tunc enim nõ debet facere hoc: q2 min⁹ ma
lũ dãpnũ rerũ ꝙ̃ dampnũ corporũ ↄ aiarũ
Si vero non habeat probationes sileat. hec
Host. Inno. ↄ Ray. s3 dicit glo. Wil. ꝙ fili⁹
hmõi putatiu⁹ non tenetur in hoc casu cre
dere mulieri soli q2 posset esse mulieris fal=
latia: ↄ ideo si sana conscientia nõ credit ei
excusatus est tam de ꝑceptis ꝙ̃ de ꝑcipiẽdis
fructibus. Si vero honestas femine et alie
circũstantie faciũt ei de hoc ꝓbabilẽ cõscien
tiã et vult tutiorẽ viam eligere nihil vlteri⁹
inde percipiat. de perceptis aũt ↄ cõsumptis
ꝙ̃diu bonã fidem habuit nõ tenet s3 Host.
et Wil. Consulit tñ Ray. ꝙ restituat vel cõ=
ponat ꝙ̃uis ad restitutionẽ nõ sit cogẽdus.
B ¶ Si vir duos habens filios legitimos de
vxore sua ipsa viuente ducat aliã tam ipse
ꝙ superinducta scientib⁹ impedimẽtũ: ↄ ex ea s.
scd̃a filios habeat: tales filij cũ sint adulteri
ni: nõ possunt succedere legitime patri: sed
tenentur restituere filijs prioris matrimo=
nij totam hereditatem. cum fructibus ma=
la fide consumptis. ꝙ̃cũqȝ oporteat eos ege
re vel mendicare. nisi bona fide completa sit
legitima prescriptio. maxime si post cõple=
tam prescriptionem retinent bonã fidem:
tunc enim restituere non tenentur scd̃3 glo

Wil. super Ray. ¶ Mulier filios de adulte= C
rio susceptos põt sibi heredes substituere
quia quilibet potest sibi heredem substituere
qui non prohibetur. reseruata tamen legiti
ma portione p liberis suis. vbi consuetudo
est hmõi portionem legitimã reseruare s3m
glo Wil. ¶ Nota ꝙ triplex est legitima por D
tio. vna que est debita iure nature et: dicitur
debitum bonorum subsidiũ et hoc debetur
filijs tantum qui sine causa exheredari non
possunt. et talis est hec portio ꝙ si sint quat
tuor filij vel infra habebunt tertiam partẽ.
si sint quinqȝ vel vltra habebunt medietatẽ
hereditatis detractis debitis si qua sint. Alia
portio legitima dicitur quarta falcidia que
debetur extraneo instituto in herede vel ex=
traneis institutis / siue sit vnus siue pauci
siue multi quarta pars hereditatis est legiti
ma. Unde si hereditas sit exhausta per lega
ta: potest institutus heres d etrahere sibi de
legatis singulis nisi de legatis scil3 ad pias
causas vsqȝ ad quartam hereditatem. Ter=
tia legitima portio potest dici trebelliana vt
quando extraneus institutus heres rogatur
vt alij restituãt hereditatem potest sibi reti=
nere quartã partẽ totius hereditatis secũdũ
glo. Wil. Sed his iuribus consuetudine re=
gionũ derogatur vide plenius in sũma ↄfes.
li. ij. titu. v. q. xxiiij. ↄ. xxv. ¶ Si vir vel mu E
lier in causa matrimoniali falsũ perhibue=
rit testimoniũ siue asserendo quod ignorã=
uit siue dicẽdo se audiuisse aliquid quod ta=
men non audiuit aut vidisse quod nõ vidit
et causa illa pendet adhuc non finita iniun=
gat ei sacerdos quod vadat ad iudicẽ ↄ sibi
dicat in secretis ꝙ in tali causa corã eo male
alias testificabat rogãdo vt sup attestatione
sua nisi alias sufficientes ꝓbatiões habuerit
nõ sentẽtiet quãtũ de iure põt. iniũgat etiã
ei vt pti lese satisfaciat caute p mediã psonã
vt dictũ est s. A. et nihilominus iniũgat sibi
pniam pro periurio. vt infra ca. ꝓxi. M. et
hoc si piuriũ sit publicũ. si occultum fuerit
tũc pensatis circũstantijs fiat scd̃m arbitri
um sacerdotis vts. ca. ꝓxi F. Si aũt causa
per sentẽtiã sit finita nihilomin⁹ reuelet iu=
dici ↄ etiã parti errorem suũ si valere pote=
rit et de reuelatione nõ sit similie periculũ
euenire satisfaciat etiã peniteat vt dictũ ẽ s.
¶ Mulier postꝙ̃ vouit cõtinẽtiã ꝑpetuã cõ
trahit matrimoniũ nõ dubium quin teneat F
matrimoniũ ex quo votũ nõ fuit solẽpniza
tũ p ingressũ religionis aut susceptionẽ sa=
cri ordinis. ex. de voto et u. redẽp. quod votũ

li. vj. Tali debet sacerdos suadere φ nō exi=
gat debitū ab eo qui duxit eā: φ si facit etiā
scdm quosdā mortaliter peccat: reddere tñ
tenet exactū: siue petatur expresse siue inter
pretatiue. sed cū dolore ꝯ semper de viola=
tione voti penitere debet: et pro violatione
voti est ei grauius pnīa iniungēda vt infra
ca. xi. C. Hec vera sunt nisi ex dispensa=
tione pape hmōi matrimoniū sit contractū
ex. qui. cle. vel vo. ca. rursus. in glo. Host. ꝯ
ca. veniens in glo. et idem de viro post votū
simplex cōtrahente cū muliere est dicendū.

G ¶ Si qui adulterium cōmisit cū filia vxoris
sue ex alio viro vel cū ꝯsāguinea vxoris sue
iniūgat sacerdos φ nūφ exigat debitū ab vxo
re sua: exactū tamen siue expresse siue inter
pretatiue reddere tenet cū dolore vt dictum
est. Et si supuiuat vxore sua mortua nō de
bet cū aliqua alia cōtrahere. si tamen ꝯtra=
hat de facto matrimoniū tenebit: et tali pro
incestu et pro adulterio erit pnīa iniungēda
ex. de eo qui cog. consan. vxoris sue. ca. j. et
H in glo ¶ Si qui carnaliter cognouit matrē
et filiā eius vel duas sorores aut duas mu=
lieres consanguineas scienter debet sacerdos
iniungere φ nūφ de cetero matrimoniū cō
trahat et pniam pro incestu imponat. Si ve
ro eas ꝯsanguineas esse vel sorores ignora
uerit matrimoniū ꝯtrahere pōt. xxxiiij. q. ij.
si quis cum duab⁹. vide pleni⁹ infra. c. xi.
L. Dicūt quidā φ qui cū duabus sororibus
etiā scienter fornicat⁹ est et condignā egerit
penitentiam nec valet continere permittit
ex clementia mře matrimoniū contrahere.
cū tali ꝗ legitime cōtrahere potest: et iura ꝗ
dicunt cōtrariū sm rigorem canonis loquū
I tur. ¶ Si qui contraxit sponsalia cum qua
dam muliere et ante matrimoniū celebratū
siue contractum cognouit matrem illi⁹ mu
lieris scz sponse sue: sponsa ipsa nōdū ab eo
cognita iniungat sacerdos paulo maiorem
pniam ꝗ pro adulterio solet iniūgi. qua pe
nitentia peracta vel parte eius poterit ex di
sponsatione cum alia muliere cōtrahere ma
trimoniū. sponsā vero suā non potest i. vxo
rem ducere ꝓpter superuenientē affinitatem.
si aūt carnaliter cognouerit sponsam suam
ante coierat cū matre eius: tunc est inter il=
los matrimonium presumptum. et illud nō
separabitur. et debet sacerdos ei iniun=
gere vt non exigat debitum ab vxore sua:
sed reddere tenetur cum dolore cordis ex. de
eo qui cog. consan. vxoris sue. ca. ij. in glosa
K Host. ¶ Si qui duxit quandam mulierem
in faciem ecclesie cum solennitate requisita
cōfitet se precōtraxisse matrimoniū cū alia
muliere que adhuc viuit: dicat sacerdos φ si
ipse scit pro certo se sic precontraxisse cū alia
adhuc viuente licet hoc non possit probare
nullo modo carnale debitum exigat ab il=
la muliere quā iam habet / nec etiā reddat qz
mortaliter peccaret cognoscendo nō suaz / et
potius debet a iudice excōicationē sustinere
quā eam cognoscendo mortaliter peccare. et
cōsimiliter dicendū est si nouerit ille cōfitēs
aliud impedimentū vel ex pte sui vel ex pte
mulieris qđ ipedit mrimoniū cōtrahēdū: vel
dirimit iā cōtractuz. de qb⁹ ipedimētis vide
ifra pte. viij. ca. vj. A. Si aūt ꝯfitēs habeat
ꝯsciētiā de hmōi ipedimēto ex credulitate le
ui et temeraria vtputa qz audiuit a paucis ꝯ
quib⁹ nō tenet credere talē cōsciētiā dz remo
uere si potest et tunc nō solū reddere sed etiā
exigere licebit debitū cōiugale. si autē cōsciē
tia pulset animū eius ex credulitate proba=
bili et discreta ꝗuis non euidenti et manife
sta vtputa si quis multotiens viderit vxorē
suam cū cōsanguineo suo in locis et hora su
spectis solū cū sola ante matrimoniuz tales
presumptiones probabilē inducunt creduli
tatē. vel si illud publice dr quasi ab omnibus
talem cōsciētiā habēs reddere potest sz nō de
bet debitū postulare extra. de sen. ex. inqui=
sitioni iuncta glo. De vxore que nōdū habi
ta certitudie de morte prioris mariti migra
uit ad secūdas nuptias quid agere debeat vi
de ifra parte. viij. ca. xviij. B. multos casus
dubios in materia de matrimonio inuenies
infra parte. viij. sparsim in diuersis capitu=
lis. ¶ Aliquis confitetur sacerdoti certum L
crimen episcopus excōicat oēs hmōi crimis
conscios nisi reuelent ei: non propter hoc de
bet sacerdos iste: crimen illud quod non scit
nisi vt deus. i. per confessionē sibi factam re
uelare ꝗuis aliqui dicant contrarium vt de
pe. di. vj. sacerdos in glo. de hoc vide supra.
capi. vj. ao. ¶ Vxori alicui⁹ qui ignoranter M
proprium filium de sacro fonte leuauit vel
corā epō ad cōfirmādū tenuit leuis peniten
tia iniungenda est: et potest nihilominus a
marito petere debitum et reddere tenetur. si
autē scienter hoc fecerit tūc reddere debet nō
exigere. et est ei pnia iniungenda ꝗdiu vixe
rit duratura extra. de cogn. spu. ca. si vir. et
sm Host. Alij dicunt φ etiam pōt debitum
exigere nisi forte induci poterit bono modo
φ nō exigat et idem dicendum est de viro ꝗ
proprium filium tenuit / si aūt vir ꝯ mulier

proprium filium leuauerunt vel etiam tenuerunt in ardua necessitate nõ peccãt nec est penitentia iniūgēda xxx.q.i. ad limina.
N ¶ Et qui confitetur se duxisse in vxorē sororem suã spūalē videlz eam quã suus pater baptizauit aut leuauit eã de sacro fonte vel tenuit in confirmatione. Dicit tamen se hoc ignorasse tempore solēpnizationis matrimonij et bānis editis nemo tūc contradicit: iniūgat ei sacerdos φ si iam cõstet sibi φ res ita se habuit: de cetero eã nõ cognoscat. φ si fecerit peccabit mortaliter cum non sit vxor sua sed soror spūalis ex. de cog. spi. ca. vltimo. Si autem nõ sit certus de tali impedimento sed credit: sic distingue. Qz aut habet probabilē credulitatem aut leuē tãtū et procede vt dictum est s. k.
O ¶ In quibusdam monasterijs monialiū cõsuetudo ē qđ sole virgines in solēpnibus festis portent cereos accensos vna monialium est occulte corrupta que si portet cereum accensū mētietur deo ꝫ peccabit mortaliter. Si portet extinctū deteget crimen suū ꝫ scandalizabit sorores suas. Tali ergo consulendū ē vt adueniente huiōi festo simulet se infirmã nec mentietur: qz habet infirmitatē mentis ipsam a ꝑtatione cerei accensi rõnabiliter ipedientē. Itē moniali corrupte electe in abbatissam monasterij ꝫ consecrāte cū tamē sole virgines debeant consecrari consulendū est in confessione φ statū abbatisse relinqt qz cõtra cõstitutionē ꝑmisit se cõsecrari qū nõ fuit virgo. xx. q. i. iuuēculas. et in glosa.

¶ De penitentijs a iure statutis. Cap. xiij.

A Recitandi sūt hic canones pñiales seriose collecti sub summaria breuitate. Si ꝑsbiter fornicationem aut adulteriū cõmisit peniteat decē annis hoc modo inclusus sacco indutus ꝫ humi ꝓstratus nocte dieqꝫ miaꝫ dei iploret, iugiter trib⁹ mēsib⁹ cõtinuis a vespera in vespā pane et aqua vtat excepꝫ dominicis dieb⁹ ꝫ ꝑcipuis festiuitatibus in quibus modico vino pisciculis et leguminibus recreet. Lapsis iñ mensibus exeat locuꝫ in quo erat inclusus tñ in publicū nõ ꝓcedat post hec resūptis viribus aliquantulū vno anno in pane et aqua peniteat excepꝫ dñicis diebus et festiuitatibus ꝑcipuis: in quibus vino et sanguine ouis et caseo iuxta canonicā mensurā vti poterit et sic finito vno ãno ꝫ dimidio ꝑticeps fiat corpis et sãguis dñi. et ad pacē et ad psalmos in choro cãtandos admittat tñ ad cornu altaꝫ nõ accedat nec ministret nisi solū in minoꝝ ordinū officijs. Deinde vero vsqꝫ ad cõpletionē vij. ãni tres legitimas ferias .i. ij. iiij. et vj. feria in qualꝫ ebdomada exceptis diebus paschalibus in pane et aqua ieiunet. Tamē .ij. feria vno psalterio vel vno denario poterit redimere ꝫ sic cõpleta pñia septenni põt eum eps ad gradū ꝑstinuꝫ reuocare. ita tñ φ iij. annis qualꝫ. vj. feria. nulla interueniēte mia in pane ꝫ aqua ieiunet. lxxxij. di. ꝑsbitē. Sꝫ hanc pñiaꝫ intelligit Host. pro peccō publico nõ eñ debet sacerdos publice penitere etiaꝫ pro peccō publico sicut laicus. Itē hec que dicta sūt qdaꝫ itelligūt de fornicatiōe simplici. Alij et verius de adulterio et incestu scđꝫ
B Ray. ¶ Si sacerdos carnaliter cognouit filiã suã spūalē .s. quã baptizauit vel cuius confessionē audiuit xij. annis peniteat et si hoc crimē publicū fuerit ab oi officio deponēd⁹ est et ꝑegrinãdo vij. annis peniteat. Postea vero ad monasteriū vadat ibiqꝫ cūct. s diebus vite sue deo seruiat. Mulier vero cum qua sic peccauit religioni tradēda est rebus suis paupibus erogatis. xxx. q. i. Si quis sacerdos. Eps vero qui talia cõmisit xv. an-
C nis peniteat. xxx. q. i. nõ dꝫ. ¶ Si qs coierit cum bruto vel aliter cõtra naturã peccauerit si est clericus deponēdus est vel si corrigibilis est tradēdus est religioni ad ꝑpetuã cõtinentiã pagēdã. Si laic⁹ est excoicari dꝫ et a cetu fidel iū vsqꝫ ad cõdignã satisfactionem dꝫ fieri alien⁹ ex. de excessib⁹ ꝑla. clerici. Hoc peccm̄ grauius est φ si quis matrem suam carnaliter cognosceret xxxij. q. vij. adulterij. Dicit eñ Aug. qđ oīꝫ viciorꝫ est pessimum qđ fit cõtra naturã hoc viciū sodomiticū est. Geñ. xiij. dr̄ φ hoies sodomite pessimi erãt ꝫ Gene. xxxvij. dr̄ φ Joseph accusauit fratres suos apud patrē crimine pessio
D i. peccō cõtra naturã. ¶ Si sacerdos interfuerit clandestinis nuptijs ꝫ tales ꝫ ꝑdes nõ ꝓhibuerit ꝑ trienniū ab officio suspendat ꝫ si culpe qualitas exigat grauius puniatur. extra de clãdest. despõ. cū inhibitio. vide. j. parte viij. c. iiij. c. p nã adiectã ꝑ cõstitutiões
E ¶ Si qs votū simplex violauerit iij. annis peniteat vt si vir votū fecerit de seruãda virginitate ꝫ postea cōtrahat mtrimoniū nõ dimitter vxorē sꝫ iij. ãnis peniteat. xxvij. di. si
F vir ꝫ in glo. ¶ Si qs excoicat⁹ celebrauerit iij. annis cõtinuis peniteat viꝫ. iiij. ꝫ vi. feria ꝑ ebdoīa a vino ꝫ a carnib⁹ dꝫ ieiunare.
G xi. q. iij. c. penultimo. ¶ Si quis aliū iniuste accusauerit ad mortē xl. dies i pane ꝫ aq̄

Canones penales

penitentia presbiteri fornicantis.

et si accusatus iniuste sit occisus vij. annis
penitea. Si vero mēbra pdiderit iniuste p
iij annos penitere debet videlz quolibet an=
no. iij. quadragesimas ieiunādo quaꝝ prīa
sit ante natale dñi. Scda sit ante pascha. Et
iij. ante festū natiuitatis sancti iohanis ba=
ptiste. hec sunt xl. penitentiā quas btūs Pe
trus instituit. xxij. q. v. ca. i. et in glo. Qui p
iurauerit aut homicidiū fecerit vel adulte=
rium cōmiserit. vij. annis peniteat ꝗ simi=
liter si fornicationem cōmiserit licet nō ita
aspa pñia debet pro ea iniūgi ꝗ qui pñiam
pro peccato noluerit recipere ab ecclesia ex=
pellendus est ꝗ a coione fidelium ꝗ null⁹ eū
H in domo recipiat xxij. q. i. pdicādū. Qui=
cūqꝫ filiam suā spūalem vel matrē cu⁹ car=
naliter cognouerit vij. annis peniteat et cō
sentientes ꝗ cooperantes simil̄r xxx. q. iij. nō
oportet. Si quis mulierē alteri despon=
I satam intellige per verba de presenti duxe=
rit dimittet eam qꝫ non potest esse vxor sua
et xl. diebus in pane et aqua cum vij. annis
peniteat extra de spō. duoꝝ accepisti. Si
K pater et filius cū vna muliere aut duo fra=
tres cum vna muliere vel si quis cum ma=
tre et filia vel cum duabus sororibus cōcu
buerit vij. annis penitere debet xxx. q. iiij. si
L pater. Si quis cū duabus sororibus for
nicatus fuerit scienter vsqꝫ ad mortē a con
iuge abstineat et si vtraqꝫ sororū de facto al
terius cōscia fuerit et post noticiā cū eo coie
rit vtraqꝫ absqꝫ coniugio manebit vsqꝫ ad
mortem et si neutra conscia fuerit de facto
alterius pacta pñia vij. annoꝝ poterit vtra
qꝫ matrimonio copulari. Si vero altera cō
scia fuerit et alterā ignorauerit illa que ig=
norauit post septēnē pñiam nubere poterit : al
tera vsqꝫ ad mortē sine coniugio manente.
Similiter ille qui concubuit cū duab⁹ soro
ribus quas esse sorores nesciuit post pñiam
septēnē poterit sibi cōiugē accipere. xxxiiij
q. ij. si qs cū duab⁹. Et idē dicēdū ē de eo q
cū mre ꝗ filia ꝯcubuit vt i. ca. se. Et ꝯsiliter
de alijs psonis cū qb⁹ ꝯmittit incest⁹ xxxij.
q. vij. si qs viduā. Hec intelliguntur de rigore
iuris : de mia eni p[illegible] ꝯhere vide s c. prie.
M h. Homicida voluntari⁹ sine spe restitutio
nis deponit ꝗ vij. anis peniteat si fuerit ho
micida casualis duos ānis peniteat. l. di. mi
ror. ꝗ c. si qua ꝗ c. eos. Hoc intellige si culpa
pcesserit casū alias nulla iponit ei pñia nisi
ad cautelā. Et eadē distinctio pōt fieri in ho
micidio necessario. s. an culpa pcessit neces=
sitatē vel nō, ar. l. di. de his, ex. de homicidio
interfecisti. qui aūt occidit hominē propter
necessitatē ineuitabilē qꝫ aliter mortē suā vi=
tare nō poterat nullā incurrit irregularitatē
sicut nec infās occidēs nec furios⁹ ex. de ho= N
micidio si furios⁹. l cle. Siqs intuitu eccle
disciplinē incaute percutiendo occidit depo=
nendus est ab omni officio altaris. extra. de O
homici. presbyte. Si quis matrē suā in=
terfecerit. x. annis peniteat scdm formā tra
ditā. xxxiij. q. ij. latorē. vbi dz qd talis p an=
num integrū non ingrediet ecclesiā sed ante
fores ecclesie stās oret deū vt a tanto pericu
lo se eripiat. post annū intrat ecclesiā stās in
ter audiētes et nō cōicet ante cōpletū trien=
nium / oblationes non offerat nisi alijs. vij.
annis cōpletis per hos. x. annos nō comedet
carnes nec vinū bibet exceptis. festiuitatib⁹ ꝗ
dominicis diebus a pascha vsqꝫ ad pēthe. et
quocūqꝫ loco ire voluerit absqꝫ vehiculo pe=
dib⁹ pficiscat / arma nō sumat nisi ꝯtra pa
ganos. iij. dieb⁹ i ebdomada ieiunet vsqꝫ ad
vesperā videlz. ij. iiij. ꝗ vi. feria. ꝗ a ppa vxo
re nō separabit interi ppt piculū fornicatiōis
et si moriat ante cursum. iij. annoꝝ cōionē
recipiat / potest tñ episcop⁹ cū eo dispēsare P
pensata penitētis deuotiōe. Siqs vxorem
suā occiderit oibus diebus qb⁹ aget peni=
tentiā vinū ꝗ siceram nō bibet. nūqꝫ carnes
comedet. preterqꝫ in pascha et natali in pane
aqua et sale vig lijs / ieiunijs / orōnib⁹ / ꝗ ele
mosinis penitentiā agat / arma nō sumat in
quocūqꝫ loco litigare nō psumat / vxorē nō
ducat / balneo nō vtat / ꝯuiuiū letantiū non
intret / in ecclesia sequestrat⁹ ab alijs post ostiū
s. ꝗ postes se reponat / i tota vita sua vsqꝫ ad
mortē nō cōicet / sz i morte tm̄ ꝗ hoc de mia
sed si monasteriū igredi voluerit igress⁹ cuꝫ
mora sibi sufficit p pñia / ita qꝫ nō teneat ad
predicta ideo aūt maior pñia iponit vxorici
de qꝫ matricide qꝫ proniores sūt hoies ad occi
dendū vxores qꝫ mres. xxxiij. q. ij. admonere Q
iūcta glo. Quicūqꝫ scienter piurauerit. xl. R
dieb⁹ i pane ꝗ aq̄ ꝗ. vij. sequētib⁹ annis peni
teat / ꝗ sp tenere dz interiorē pñiam ꝗ nūqꝫ in
testā monū si admittat. vi. q. i. qcūqꝫ. Fal= S
sans mēsuras vel mutas iusta pōdera. xxx.
dieb⁹ peniteat i pane ꝗ aq̄ extra. de emptio.
et ven. vt mēsur. Qui monialē siue de=
uotā. i. deo dicatā cognouerit. x. annis peni
teat et ipa similit̄ ꝗ a cōione hoim separent̄
et nō recipiēt cōionē sacrā añ peractā peni=
tētiā / et si mrimoniū itra se cōtraxerit sunt
ipso facto excōicati. nec ante finē vite cōicent̄
xxvij. q. i. de filia ꝗ ca. deuotā. i glo. extra. de

t consangui. et affi. eos qui in cle. ¶ Qui can
tat missam et non cōicat vno anno penitere
debet et interī a missaꝝ celebratione cessare
u debet. de cō. di. ij. relatū. ¶ Sacerdos q̄ laicū
mortuū inuoluit in palla altaris peniteat. x
annis et. v. mensibus / diacon⁹ vero qui hoc
fecerit triennio ꝑ. vi. mensib⁹. de cō. di. i. ne-
x mo. ¶ Qui cōmittit sacrilegiū violenter au
ferendo res ecclesie. vij. annis peniteat. hoc
modo primo anno extra cimiteriū quod vio
lauit consistat / secūdo āno stet ante fores ec
clesie et sine cōione corporis xp̄i. Tertio vo
anno ecclesiā ingrediat̄ et stet inter audien=
tes verbū xp̄i. et in hoc triēnio nec carnes co
medat nec vinū bibat nisi in pascha et in na
tali. iiij. anno cōicabit corpus christi / ꝑ facta
restitutiōe iurabit se nūꝙ̄ decitero talia fa=
cturū / et in illo quīto anno sexto et septimo
in qualibet ebdomada. iij. dieb⁹ a carnibus
y et vino se abstineat. xij. q. ij. de viro. ¶ Qui
contra deū vel aliquē sanctoꝝ suoꝝ ꝑ marie
beatā mariā matrē ei⁹ aliquid publice dixe=
rit in blasphemiā per epm̄ suū debet impo=
ni ei penitentia. hac forma vt videlꝫ diebus
z dñicis pre forib⁹ ecclesie stet in publico dum
agūtur missaꝝ solennia ꝑ vltimo illoꝝ. vij.
dieꝝ palliū et calciamenta nō habeat / corri
giā circa collū eius ligēt ꝑ septē ferijs dictos
vij. dies dñicos pcedentes ieiunet in pane et
aqua ecclesiā nullaten⁹ ingressur⁹ / ꝑ quoli=
bet dictoꝝ dieꝝ. iij. pauperes reficiat si pote
rit / aut duos / aut vnū scd̄m facultatē suam
et si ad hoc nō sufficiat pro illa sibi alia pn̄ia
iniūgat̄ ꝑ si renuat hmōi pn̄iaꝫ pagere: igres
sus ecclesie sibi interdicat̄ ꝑ i obitu suo eccle
siastica careat sepultura / et blasphem⁹ iste
si diues fuerit mulctād⁹ ē in. xl. solid̄. alioqn
in. xxx. vel. xx. et si ad illō nō sufficiat soluat
v. solid̄. vsualis monete i hoc nullā miaꝫ ha
aa bitur⁹ extra. de maledicis ca. ij. ¶ Sacerdos
reuelās cōfessionē alicui⁹ ꝟbo vel signo vel
alio quouismō deponēd⁹ ē ꝑ ad agēdā pn̄iaꝫ
in artū monasteriū detrudēd⁹ ex. de pe. ꝑ re.
ab sis vide s. c. vi. a p. ¶ Qui cōpulsus a dño
suo sciēs piurat si liber ē peniteat. xl. diebus
in pane et aq̄ ꝑ peniteat p. vij. ānos seq̄ntes
si seru⁹ illi⁹ fuerit tres q̄dragesimas. ꝑ legi=
timas ferias peniteat ꝑ vterqꝫ est piur⁹ tam
ac dñs ꝙ iurās. xxij. q. v. q̄ cōpuls⁹ ¶ Qui piu
rat se in manib⁹ epi vel i cruce cōsecrata. iij.
annos peniteat / q̄ aūt coact⁹ fuerit ꝑ igno=
rās piurauerit. iij. quadragesimas peniteat
ad xxij. q. v. ca. ij. ¶ Siquis coact⁹ pro vita re
dimēda vel alia necessitate se piurauerit qꝛ

plus corpus ꝙ aīaꝫ dilexit. iij. q̄dragesimas
peniteat / sed alij indicāt. iij. annos ꝑ vnum
ex his in pane ꝑ aqua. xxij. q. v. siqs coactus
Itē q̄ iurat nō facere pacē cū ꝓximo suo pri
uetur a cōione vno anno et elemosinis fleti
bus et ieiunijs reatū suū absoluere dꝫ. xxij.
q. iiij. qui sacramētis. ¶ Siquis piurauerit ae
vel aliū piurare ꝯpulerit vel sciēs in piuriū
duxerit. xl. dies peniteat in pane et aq̄ et. vij
annis seq̄ntibus peniteat et nūꝙ̄ sit sine pe=
nitentia interiori / et alij qui conscij sunt si=
militer peniteant et piuri hmōi ꝯuicti sunt
infames. xxij. q. v. si quis puer ꝑ ca. siqs ꝯui
ctus supra. E. cap̄. M. ꝑ infra capi. xxvi. F.
¶ Sortilegus. xl. diebus peniteat et si fuerit af
clericus officio et beneficio potest priuari. si
laicus priuetur cōione ecclesie extra. de sorti
legijs ca. j. ꝑ in glosa vltima. Qui diuinatio
nes aut artes magicas exercēt. v. annis peni
teant. xxvj. q. v. qui diuinatiōes et ca. nō li=
ceat / et si clericus talia fecerit ab officio suo
et dignitate suspēdet̄. xxvj. q. v. si quis epūs
¶ Sacerdos qui non ea intentione vt inuo= ag
caret demonē sed vt īspectiōe astralabij fur
tum cuiusdā ecclesie recuperare posset locuꝫ
priuatū adijt per annū se abstinere debet a
ministerio altaris et amplius si episcopo suo
visum fuerit abstinendū extra. de sortile. ca.
ij. tota hec sententia pēdet i arbitrio epi scd̄m
glosam ibidē. ¶ Siquis domū vel arcā cu= ah
iuscunqꝫ voluntarie incenderit sublata et in
censa omnia restituat et tres ānos peniteat
extra. de iniurijs et dāno dato si quis domuꝫ
¶ Usurarius debet restituere oīmodas vsu ai
ras quas receperit et ante restitutionē nō de
bet admitti ad cōmunionē nec in morte ad
ecclesiasticam sepulturam / hoc vltimum in
tellige de vsurario manifesto / nisi fuerit de
non soluendo. extra de vsuris qꝛ in omnib⁹
ꝑ capitulo cum tu ꝑ libro sexto capitulo quā
ꝙ. et alio modo penitentia est arbitraria sibi
imponenda extra. de peniten. et remis. deus
qui. vide supra capitulo quinto. G. ¶ Ra= ak
ptor etiam restituere debet et nihilominus
alia penitentia est puniendus arbitrio con=
fessoris de hoc supra capitulo quinto. I.
¶ Qui iniuriatur ecclesie debet priuari com al
munione illius quousqꝫ reatū suū agnoscēs
emēdet ex̄. de fo. cōpe. nulli⁹ et in glo. penul.
et si non sit soluēdo alio modo puniatur ad
arbitrium sacerdotis. ac. extra de dolo et cō
tuma. finem litibus. extra. de solutionibus
Obardus. ¶ Siquis propter necessitatē fa am
mus aut nuditatis furatus fuerit cibaria aut

vestes vel pec⁹ peniteat.iij.ebdoma. ꝓ si red=
diderit nō cogit̄ ieiunare ex̄. de furt.c.iij. hoc
intelligit glo. vbi modica fuit necessitas. Si
eīn magna fuerit nō iponeret̄ pn̄ia. q2 in tā
tā necessitate oīa sūt coīa ꝓ modicū videt̄
hic fuisse pctm̄ iō modica pn̄ia fuit iposita
an ſʒ glo. ¶ Qui scient̄ rebaptizat̄ ꝓ volūtarie
vij.annis peniteat.iiij. ꝓ vj. feria ieiunando
in pane ꝓ aqua ꝓ.iij. quadragesimas penite
at si pro vicio heresis hoc fecerit.i.fouendo
heresim. Si aūt pro imūdicia vel alias pro
salute corpis sui obtinēda.iij.ānis peniteat
ꝓ si fuerit clīcus ꝓ publicū sit ꝙ sit rebapti=
zat⁹ nō dʒ ascēdere ad supiores ordines nisi
voluerit ad religionē trāsire Si aūt occultū
fuerit ꝓmoueri poterit ad ordīes supiores.
Et similiter si rebaptizatus fuerit ignorās
factū: dū tn̄ ignorātia sit ꝓbabilis. Impube
bus vero rebaptizatꝭ nō ē pn̄ia iniungēda
nec pena irregularitatis inuoluunt̄ ſʒ Sco.
de cō. di.iiij qui bis ꝓ in glo. ex̄. de apostatis
ex litteraꝝ. ¶ Si mulier machinata fuerit
ao in mortē mariti sui manebit sine spe cōiu=
gij ipo mortuo tn̄ si ꝯtrahat de facto matrimo
niū tenebit ex̄. de diuor.c.i. in glo. ¶ Si fi=
ap lius iuxt̄ patrē vel matrē in lecto reperiatur
mortuus ꝓ neuter eoꝝ ipm̄ oppresserit vel
occiderit pn̄ia est ei iniūgenda ad arbitrium
sacerdotis q2 videlʒ nō adhibuit tātā diligē
tiam quā debuit circa eū maxie cū in cano=
ne ꝓcipiat̄ ne quis pueꝝ tenellū in lecto suo
secū iacere ꝓmittat ne ex aliqua negligentia
opprimat vel suffocet eū. Alias eīn si nullo
modo fuisset in culpa nulla fuisset ei iponen
da pn̄ia. Si vero sponte filiū oppresserit vel
occiderit: tūc pena grauissima sibi dʒ iponi
aliquātulū maior ꝙ pro alio homicidio .s.
solēnis pn̄ia ꝓ similiter si casualiter oppres
serit eū ꝓ hoc sit notoriū solēnis pn̄ia erit i=
ponenda. Si vero occultū sit hmōi oppres
sio casualis secreta erit ei pn̄ia iponēda. Si
vero ꝓprium filiū occiderit casualit̄ graui cul
pa ꝓcedente tūc pn̄ia. vij.annoꝝ vel. v. est
ei imponēda. Si culpa leuis ꝓcesserit pōt ei
pn̄ia.iij.annorū imponi quoꝝ vnū paget
in pane ꝓ aqua.ij.q.v. cōsuluisti ꝓ extra de
his qui filios occiderūt.cap. vlti. ꝓ in glosa
aq ¶ Qui scienter coīcat cū heretico. v. annis
peniteat si vero nescit ꝙ ecclesia catholica
ꝯdicit ꝓ nescit eū hereticū vno anno penite=
at. Qui ꝓmittit hereticū cantare missam in
ecclesia ꝓ nescit.s. ipm̄ esse hereticū. xl. dies
peniteat. si pro reuerentia eius vno anno pe
niteat. Si pro subuersione fidei tanꝙ here=
ticus ꝓiciatur ab ecclesia ꝓ. x. annis penite=
at. Siquis aūt recesserit ab ecclesia fugiēs
ad hereticos et alios ad hoc idē faciendū in
ducens. xij. annis peniteat videlʒ. iij. annis
extra. ecclesiā. et vij. annis inter audiētes et
ij. annis sequētibus extra. coionē. sʒ ij. ānis
vltimis pōt recipere coionē. xxiiij. q.i. si qs
dederit. ¶ Qui interfecerit furē vel latronē ar
nō publicū qui cōprehendi poterit absq̄ oc
cisione ꝑ xl. dies nō intret ecclesiā ꝓ illis. ij.
diebus vtatur veste lanea. ꝓ iiij. ꝓ vi. feria
ꝓ sabbato tempate vti ceruisia olerib⁹ po=
mis ꝓ paruis pisciculis. Si aūt nō ex odio sed
ad defendendū se et sua faciat elemosinas.
Si aūt ꝓsbit̄ hoc fecerit ꝑ se ipo vel bonis
suis fūdis nō deponat̄ tn̄ ꝙdiu viuit pn̄iaʒ
agat ex. de homic. c. ij. ¶ Qui interficit ꝓsbi= as
terū. xij. ānis peniteat. Et si cōuict⁹ fuerit
sup hoc vsq̄ ad vltim vite sue singulo mili
cie careat ꝓ absq̄ spe cōiugij maneat ex. de at
pe. et re. c. ij. ¶ Clerici in magnis criminib⁹
cōprehēsi ꝓ cōuicti sūt deponēdi et iā etiā mo
nasteriis ad agendā pn̄iaʒ detrudendi ex. de
penis tue. Clerici etiā ꝯtra suos epos ꝯspi=
ratores sūt deponēdi ꝓ tradēdi curie secula
ri. xi. q. iij. cōiuratus ꝓ. c. si quis. Itē si quis
eps aut ꝓsbiter vel diacon⁹ ꝯmiserit crimē
capitale vel cartā falsauerit aut falsū testi=
moniū dixerit deponēd⁹ est ab honore offi=
cij sui ꝓ in monasterio detrudēd⁹ ꝓ ibi ꝙdiu
vixerit la ycā tm̄mō accipiat coionē. l. di. si
eps ꝓ ca. seque. ¶ Qui in dicendis horis ca av
nonicis et alijs diuinis officijs a consuetudi
ne metropolitane ecclesie discrepat hoc faci
ens ex contēptu vi. mensibus a coione priu=
etur. xij. di. de hijs. vide s. ꝑte iiij. c. x. G.
¶ Eps sciens subditos suos ꝯmisisse simo ax
niam ꝓ dissimulās nō corrigēdo eos. q: sub
iaceat mēsib⁹ suspēsioi. Qui vero ꝑ bapti
zādis cōsignādisq̄ fidelib⁹ crismate vel ꝑ
motibus ꝙduis precia quecunq̄ vel ꝓmia
nisi volūtarie oblata ꝑ hmōi susceperit si ꝓs=
biter fuerit iiij. mēsiū excoicatiōe plectatur
Si diaconus. iij. subdiacon⁹ vero aut cleri
cus hijs cupiditatibus seruiēs pena ꝯgrua
puniat̄. i. q. i. ꝙcquid inuisibilis. ¶ Si qs ꝑ ay
simoniā obtinuerit bn̄ficiū ecclīasticū prio
dʒ renūciare illi bn̄ficio ꝓ restituere pecuniā
datā ꝓ fruct⁹ de illo bn̄ficio ꝑceptos eo mō
quo dictū ē s. c. v. A. D. vbi plene de hoc.
Si autem fuerit simoniac⁹ in ordine dādo
videlicet aliquid tempale ꝑ ordie nō recipit
executionē illius ordinis. sed est suspensus
quo ad se et quo ad alios / ꝓ nihilomin⁹ alia

penitētiā grauis est sibi iponēda ꝑ arbitrio sacerdotis qui potestatē habet in his casib⁹ absoluēdi / q꞉ simplex sacerdos nō potest vt ex̄ de electi. dudū ⁊ ex̄ de simo. ꝑmis. vj. ca.
az ¶ Episcopus q̄ inuitū ⁊ reclamātem ordinauerit vno anno suspendat̄ a celebratiōe missarū. lxxiij. di. ca. ij. Que penitētia sit iponēda et qui hostiliter insecut⁹ fuerit cardinalē percusserit ceperit vel soci⁹ fuerit facientis aut ratū habentis ex̄ de penis. felicis li. vj. ⁊
Aa infra ca. xix. F. ¶ Itē que pena sit iponēda ei qui ꝑcusserit vel bānierit ep̄m vel hoc fieri mādauerit factū ratū habuerit vel socius faciētis fuerit etiā vide ex̄ de pe. ca. sicꝫ sua
Ab dente in cle. et infra ca. xix. N. ¶ Qui ep̄m percusserit cōp̄rehēderit vel a sede expulerit propria vel autor seu fautor fuerit faciētis talia bona eius tradi debent ecclesie cui⁹ erat episcopus / si vero in presbyterū vel in clericum hoc fecerit deponendus est. et qui occiderit subdiaconū. ccc. solid. dare debet / qui diaconū. cccc. qui presbyteꝝ. cccccc. q̄ vero ep̄m ix. c. qui monachū. cccc. xvij. q. iiij. si q̄s deinceps. ⁊ ca. qui subdiaconū. Item qui occiderit monachū vel clericū arma relinquat ⁊ deo in monasterio seruiat oībus diebus vite sue nunq̄ ad seculū reuersurus et. vij. annis publicā penitētiam agat ibidē ca. qui occiderit. Itē si patronus vel aduocatus seu vicedn̄s aut feodarius vel alius per se vel per alium rectorē vel clericū ecclesie occiderit vel mutilare presumpserit: patronus ius patronat⁹ amittat: aduocatus aduocatiam. feodarius amittat feodū suū ⁊ nunq̄ admittet̄ in collegio clericorū nec in aliqua religione assumetur ad honorē prelationis nisi habita dispēsatione. ex. de peni. in quibusdā et nihilominus erit ei penitētia arbitraria iponenda videlicet occidentib⁹ vtrū codē M. et alijs ꝑ cri
Ac minis qualitate. ¶ Siquis per annū contumaciter steterit in excōicatione debet priuari oīb⁹ bn̄ficijs suis extra de cta. et qua. ordi.
Ad cū bone. et i glo. xi. q. iij. cursus. ¶ Qui celebrat missam in oratorio qd̄ intra domū est sine cōsensu ep̄i deponēd⁹ est de cō. di. j. clericos et ca. vnicuiqꝫ. ¶ Degradat⁹ celebrās pri-
Ae uetur cōione corporis ⁊ sanguinis xp̄i vsqꝫ ad vltimuꝫ vite sue. l. di. accedētes. ¶ Siq̄s ecclesiā cōbusserit penitere debet. xv. annis et ecclesiā restituat vel ꝑciū det paupib⁹. xvij
Ag q. iiij. c. si q̄s ecclesiā. ¶ Qui aliū excōicat iniuste vno mēse suspēsus ē ⁊ alia pena mulctādus ē si visū est suo supiori ex. de sen. ex. sacro et ibi notat̄ que sententia est iniusta q̄

excōicat aliū sine scriptis per vnū mensem ab ingressu ecclesie nouerit se suspensum / et si sic suspensus diuina officia vt prius exeq̄ presumpserit irregularitateꝫ incurrit super qua citra sedē apostolicā nō poterit dispēsari ex. de sen. ex. cū medicinalis. lib. vj. ¶ Si Ah
abbas vel prior abbatissa vel priorissa non fecerit monachū seu canonicū suuꝫ publice ꝓfiteri et expresse probationis sue termino elapso tādiu in omni. vj. feria ieiunare debet in pane et aqua donec ipsuꝫ vel ipsam fecerit profiteri in ꝯstitutiōe Octoboni de professione faciēda. §. penult. Itē si abbas vel prior dederit monacho aliq̄d manerium vel ecclesiā seu possessiones seu alia bona ad firmā dꝫ ieiunare similiter. vj. ferijs ꝑ spaciū vni⁹ anni in cōstitutione Octobo. ca. ad firmā. Si archidiacon⁹ aut eius officialis vel saltē decan⁹ ruralis seu gerens vices coꝝ recitare neglexerit statutū dn̄i Octo. editū contra concubinarios in. iiij. anni capitulis ruralibus distincte ⁊ aperte corā toto clero exclusis laicis oīm. vj. feria in pane et aqua ieiunet sub pena suspensionis officij et beneficij: nisi infirmitas excuset donec in sequenti capitulo ipsum fecerit recitari in constitutione prouincia. Reding. capitulo cum incōtinentie viciū. ¶ Item que penitētia est im Ai
ponenda sacerdoti per cui⁹ negligētiā aliq̄d de sanguine xp̄i stillauerit in terrā vel super tabulā que pedib⁹ sacerdotis substernit̄ vel super pallam altaris et quid in illis casibus agendū sit vide supra pte. iiij. ca. vi. L. Sed pene ibidem taxate posite sunt ad cautelā secundum quosdaꝫ vt negligētia magis caueatur et ideo pensatis circūstantijs poterit de pena addi vel minui ad arbitriū sacerdotis tutius tn̄ est vt penitētia ibi posita ipleatur. ¶ Item que penitētia sit iniūgenda ei Ak
qui propter ebrietatem vel voracitatē euomit eukaristiā vide ibidē. N. ⁊ q̄d fiet de vomitu illo ibid. k. Itē de pn̄ia illi⁹ q̄ nō bn̄ custodiuit eukaristiā vide s. eadē pte c. viij. in ali. al. ¶ Nota qd̄ vbicūq̄ i hoc capitulo iniungit̄ ieiuniū vel ad certū numeꝝ dieꝝ vel alio mō poterit ieiunās vti cibis quadragesimalib⁹: nisi vbi fit mētio expssa de ieiunio dicta vt pane ⁊ aq̄ vel hm̄oi. ¶ Hec ḡ pn̄ie a Al
canone statute qn̄ sūt moderāde seu minuēde ex leuitate mie / qn̄ aūt sine mitigatiōe sūt iponēde de rigore iustitie / vel si expediat aggrauande videat confessor discretus secundum ea que supra dicta sunt ca. x. C. F. G. Nā si penitens cōnaliter posset penitētiam

a canone statutā explere debet xxvj. q. vij. sacerdos pñiam de pe. di. i. nonnulli. ¶ De forma absolutionis et quō absolvitur a sententia excōicationis. Capitulum. xiiij.

de dando vel faciendo aliquid volētes violet
vj.q.i.infames z secūdū Host.in sūma ti.

de testibus in rubrica. §. ij. vbi etiā dicit q̄ periurus quantūcūq̧ agat penitentiā testificari non pōt ex. de testib⁹. testimoniū. Ex quo enim semel probatū est contra eū periuriū etiā in modū exceptionis repellit̄ in alio iudicio. ⁊ hoc est speciale in piurio. q2 nimis frequētat̄ hoc crimen. Alij vō penitentes licet criminosi dūmō non sunt infames testificari possunt vt in dicto ca. testimonium. Unde qualitercūq̧ constet de periurio infamis remanet secūdum canones indistincte. Item dicit. §. v. q̄ crimen piurij cōparatur adulterio et homicidio sponte cōmisso: ideo si renuit agere penitētiā excōicat̄. nec in domo alicuius recipiend⁹ est. xxij. q. i. ca. vltio Hoc intellige de illo qui scient̄er deierauit ponendo verū pro falso vel ecōuerso: vel celando veritatē: [illegible] veniendo contra illud quod iuramento [illegible] nisi ipsū excuset aliqua de conditiōib⁹ quas posui supra ca. xxv. G et hoc quando iuramētū fuit licitū ad seruandū. Nā si iuramentū fuit temerariū ⁊ simplex pnīa vnius anni tm̄ imponit̄. xxij. q. iiij. c̄ sacto. Si autē temerariū iuramētum colligatū sit: vt in cōiuratiōib⁹ vel conspirationib⁹ illicitis si clerici vel monachi commiserūt degradandi sunt. si laici excōicandi sunt: ⁊ secūdū canones sunt infames. xi. q. i. conspirationū. ⁊ ca. cōiurationum.

G ¶ De mendacio nota q̄ est falsa vocis significatio cum intentione fallēdi. xxij. q. ij. §. ille ergo. et noīe vocis intelligit̄ omne signū factum scriptū nutus. vnde equaliter peccat vbi est eadē intentio fallendi: qui mentitur siue verbo siue facto siue scripto siue nutu. quōcunq̧ mētiatur: sicut nō refert quātū ad homicidiū vtrū quis gladio vel securi interficiat sm̄ Tho. in quolibet.

H ¶ Inter mentiri et dicere falsū est differētia: nā falsū dicit quicūq̧ aliud q̄ verū ē loquit̄: lȝ q̄ falsū loqt̄ ⁊ credit verū esse vel dicere si de hoc causā pbabilē habet nō peccat saltē mortaliter. nec mentit̄. xxij. q. ij. hoīes. Qui vero credit dicere falsuȝ et sic dicit contra mentem: ille mentitur. Similiter qui dicit contra veritatem sed contra mentem suam scilicet quando credit dicere falsitatem et sic decipere dicit mendacium et mentitur: quia quantum in eo est significauit falsum: ergo qui mentitur semp fallit voluntate: quis non fallatur in facti veritate. et semper peccat quia reaum linguam non facit nisi rea mens. vt i dicto capitulo homines. et hec est sentent a Ray. titulo de mendacio. in pricipio. Unde omne mendacium est peccatum. xxij. q. iiij. michi autem.

I ¶ Ad sciendum quando mendaciū est mortale peccatum et quando non. Primo est notandum q̄ licz Augustinus ponat. viij. genera mendaciorum vt. xxij. q. ij. primū. Sufficit tn̄ secundū Scotum super iij. ponere distinctionem trimēbrem de mēdacio: scilicet perniciosum/officiosū/⁊ iocosum. Perniciosū est quod nocet vel qd̄ ē nociuum ex se: illi cui mentiō2. Et si nocet sibi quantū ad religionem christianā puta quo ad fidē vel mores. tunc est mortale peccatū multū graue. si autem nocet ei quantuȝ ad vitam corporalē vel fidem coniugalem sibi non seruandam vel alio modo q̄ ad personā suam: vel personas sibi coniunctas ab eo auferendas: vel quo ad alia bona tēporalia auferenda. siue diuitias vel famam. hoc mendaciū est iterum pctm̄ mortale. et scdȝ quod plus vel minus nocet: quod pēsari debet ex bono cuius est ablatiuū secundū hoc est grauius vel minus graue.

K Quodcūq̧ enim tale mendaciū ex deliberatiōe est dictū mortale cum sit prohibitum illo precepto nature. non dices contra proximū tuum falsum testimoniū quod non solum intelligitur de testimonio exhibito in iudicio: sȝ quādocunq̧ aliquis asserit ex deliberatione quod ignorat: cuius de nouit oppositum. Si vero omnino indeliberate hoc fiat: non est peccatuȝ mortale. ¶ Officiosum mendaciū est quod alicui vtile est et nulli nocet vt si quis sciret alicui pecuniam tollendam iniuste a predone se nescire vbi sic menciatur. vel si quis menciatur nolens prodere hominem quesitum ad occidendum vel simile. Iocosū est narrare fabulā de qua omnes audientes sciunt quod non est verum. nec narratur tā͡q̄ verum vbi etiam nec auditores decipiunt̄: neq̧ narrans intēdit decipere. vel aliter mēdacium iocosum est quando aliquis iocando intendit decipere ita q̄ audiens vere decipit̄ nō tamen in aliquo sibi i quo magnū nocumentuȝ infertur sicut forte fuit de mēdacio ioseph quando dixit fratribus suis exploratores estis vos. Gen. xlij. Et de istis duobus dicitur q̄ neutrum est peccatū mortale: nisi forte viris perfectis qui docendo iudicando vel predicando dictis suis immiscerent scienter hmōi mendacia: quia per hoc periret auctoritas doctorum ecclesie. nā cuȝ dicat Augustinus ad Hieronimū in epistola fundamenti. Si ad scripturas sacras recepta fuerint iocosa mendacia nihil rema=

L

net in eis soliditatis. Cōsimiliṫ dici poterit de p̄clato suis dictis mendacia hmōi immiscente ꝙ in doctrina sua manet nihil solide veritatis. In alijs autem actibus siue p̄latorum siue aliorum inferiorum in statu perfectionis existentium: non esset huiusmodi mendacium officiosum vel iocosum peccatum mortale: nisi ratione scandali: quia citius possent imperfecti scandalizari de mendacio talis persone ꝙ alterius secundū Scotum super .iij. di. xxxix. de scandalo. vide infra. K. K ¶ Item non licet mentiri propter liberationem hominis a quocunqꝫ periculo: sed tamen licet veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione vt dicit Augustinus contra mendacium. Sic etiam abraham fecit et tamen non mentiebatur. vnde secundū Augu. ibidem in sacra scriptura inducuntur aliquorum gesta quasi exempla perfecte virtutis de quibus non est estimandum eos fuisse mentitos si qua tamen in eorum dictis appareant que mendacia videātur: intelligendum est ea figuratiue et prophetice dicta esse. Abraham vt dicit Augustinus in questionibus Gen̄. dicēs Sarram esse sororem suam veritatem voluit celare non mendacium dicere. dicitur enim soror quia filia fratris eius fuit. Iacob enim mistice dixit se Esau esse primogenitum ysaac quia primogenita illius ei debebantur de iure. De hoc ꝫ dicto prophetice designat misterium videlicet ꝙ minor populus scilicet gentilium substituendus erat in locū primogeniti scilicet iudeorum. Iudith vero non propter virtutem perfectam: sed propter quādam virtutis indolem commendatur. non scilicet quia mentita est Olofernı. sed propter affectum quem habuit ad salutem populi pro qua se periculis exposuit. Verba etiam eius veritatem habere possunt secūdum misticū intellectū. hec Tho. secūda secunde. q. x. Scotus dicit vbi s̄. aliqui saluare conantur Iacob ꝫ alios patres veteris testamenti non fuisse mentitos: cum tamen concedant habuisse legem imperfectam et gratiam modicam. De nostris autem qui habemus legem perfectam et gratiam habundantem non negant: sicut Petrum et alios mentitos fuisse: non videtur valde rationabile negare illos mētitos fuisse vel mētiri potuisse ꝙ si ita est: laudemus bona facta eorum et ita in exemplum recipiamꝰ vt non pertinaciter defendamus. hec ille.

L ¶ De mēdacio obstetricū dicit Tho. vbi supra ꝙ potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad affectum beniuolentie in iudeos et reuerenciam diuini timoris: et sic debetur eis remuneratio eterna / et sic exponit Hieronymus. Alio modo secundum actum exteriorem mendacij secundum quem non potuerunt eternam remunerationem mereri sed forte temporalem cuius merito non repugnat deformitas mendacij illius: sicut repugnabat merito remuneratiōis eterne. sic intelligenda sunt verba Gregorij dicētis ꝙ benignitatis earum merces que potuit eis i eterna vita tribui p̄missa culpa mendacij in terrenam remunerationem est declinata. non tamen intelligitur ꝙ isto mendacio mererenṫ amittere remunerationem eternā quam iam ex precedenti affectu meruerant

¶ Item ille qui promittit aliquid facere et hoc cum habet animum faciendi quod promittit: non mentitur / quia non facit contra illud quod habet in mente. Si vero non faciat quod promisit tunc videtur infideliter agere per hoc quod animum mutat. potest tamen dupliciter excusari vno modo si promisit illud quod est manifeste illicitū: quia promittendo peccauit: mutando autem propositū bene facit. Alio modo si mutate sunt conditiones personarum adhoc enim ꝙ homo teneaṫ facere quod promisit: requiritur quod omnia immutata permaneant vt dicit Seneca de beneficijs. vnde non est mentitus apostolus non vadens Corinthum vt promisit ad Corin. primo. propter impedimenta superuenientia secundum Thomaꝫ vbi supra. dicit Bernardus ꝙ ex nuda promissione oritur actio et peccat mortaliter recedens a pacto. extra. de pactis capitulo p̄mo In alternatiuis p̄missionibus et debitis electio est debitorum. et sufficit alterum adimpleri extra de re. iuris in alternatiuis lib. vj. M

¶ Item accusatus in iudicio et requisitus a iudice de veritate pertinente et in forma iuris mendaciter negans. vel veritatem tacēs mortaliter peccat. si autē exquirat de eo qđ non potest secundum ordinem iuris non tenetur ei accusatus respondere secundū Thomaꝫ secūda secūde. q. lxviij. N

¶ Ite iactātia ē hōmēṫ de seipso dicēdo aliquid quod supra se est secundū rei veritatē: si sit contra gloriaꝫ dei mortale peccatum est. vel etiam si sit cōtra caritatē p̄rimi. sicut cū q̄s se iactādo p̄rū pit in contumeliā aliorum sicut fecit phariseus luce. xviij. iterū mortale peccatū ē. Si vero nec sit contra gloriam dei nec cōtra ca O

iniuriam vel fraudem ꝙ iudicium subire ſi
hoc expediat / quandoq; tamen hoc non ex=
pedit vt hic ſupradictum eſt / et tunc non eſt
ſic faciendum et conſimiliter intelligēde ſūt
alie auctoritates hoc ꝓhibētes. vt illud puta
Corinthiorum. vj. iam quidem omnino deli=
ctum eſt vobis ꝙ iudicia habetis inter vos.
ꝛc. quomodo autem licet clerico repetere in
iudicio bona rapta ab eo infra dicetur parte
vij. capi. viij. M. Exactio etiā decimarum ali=
quarum propter ſcandaluʒ puſillorum quā
doq; eſt differenda ad tēpus in terris in qui=
bus non eſt conſuetuʒ decimas hmōi ſolue
re / et ſimiliter poteſt dici de alijs prouentib⁹
eccleſie vt interim poſſint exhortari vt ſcan
dalum dimittant propter ſcandalum vero
Aa pharifeorum nō eſt exactio differēda. ¶ Ci
bus etiam non eſt totaliter dimittendus pro
pter ſcandalum aliquod cū ſit neceſſariū cō
ſeruationi vite. cū ille cibus vel ille extra ca
ſum neceſſitatiſ vel i caſu neceſſitatis ſi ali⁹
eque bon⁹ haberi eque faciliter poſſit: eſt be
ne propter ſcandalum dimittēdus hec predi
cta colliguntur ex dictis ſancti Thome vbi ſ.
Ab ¶ Item ꝗuis apoſtol⁹ dicat. ij. Corinthi. j.
gloria noſtra hec eſt teſtimonium conſcien=
tie noſtre / non tamē ſufficit habere conſcien
tiam bonam cum hoc quod alij ſaltem pu=
ſilli de actibus noſtris ſcandalizentur. Unde
quilibet debet inniti ſatiſfacere alijs oſtēden
do. ſ. intentionem ſuam et cauſam aut ſpe=
ciem mali remouendo. nobis eniʒ neceſſaria
eſt bona vita alijs fama. xj. q. iij. non ſunt.
Si autem illi nolunt recipere ſatiſfactioneʒ
noſtram parati ſemper reprehendere nō au
tem mutari: debemus dolere ꝙ illi ſic peccāt
et ſufficit nobis. xj. q. iij. inter verba. ſecun=
dum Ray. titu. de ſcādalo ꝯ ꝑplexitate. §. iij.
¶ De ſacramento vnctionis extreme ꝯ de in
ſtitutione eiuſdem miniſtro conueniēte ma
teria debita forma congrua et quib⁹ hoc ſa
cramentum conferri poteſt. Capitulum. j.

A Nſtitutum fuit hoc ſa=
cramentū vnctionis ex=
treme immediate a chri
ſto vt dictū eſt ſupra par
te. j. ca. ij. F. ſed promul
gatuʒ fuit poſt paſſioneʒ
chriſti a beato Jacobo de
quo habetur Jacobi. v.
infirmat quis in vobis. ꝛc. et cum magiſtro
ſen. et Hugo de ſacrā. dicunt hoc ſacramētū
inſtitutū a Jacobo intelligendum eſt ſecun
dum Scotū in. iiij. ꝙ xp̄s fuit principalis in

ſtitutor Jacob⁹ vero preco et promulgator
inſtituti. ¶ Eſt aūt extrema vnctio prout ſa B
cramentum eſt vnctio hominis infirmi pe=
nitentis facta in determinatis partibus cor
poris eius cum oleo conſecrato ab epiſcopo
miniſtrata a ſacerdote ſimul verba certa ad
hoc inſtitutā cum intentione debitā proferē
te ſcđm Scotum vbi ſupra. Uñ de ſubſtan
tia huius ſacramenti ſunt quinq; ſcʒ mini=
ſter cōueniens. debita intētio miniſtri. mate
riā congrua. forma inſtitutā. et locus vngē
dus. ſecundum Tho. in veri. ¶ Miniſter cō C
ueniens huius ſacramenti eſt ſacerdos non
ſolū qui licite exerceret huius ſacramenti mi
niſteriuʒ ſed qui ſolus miniſtrare poteſt ita
ꝙ ſi alius non ſacerdos attemptaret cōficere
nihil faceret. ſicut ſi non ſacerdos attēptaret
conficere nihil faceret. vnde Jaco. v. dicitur
inducāt ſacerdotes. ꝛc. vbi ponitur miniſtri
determinatio ſcđm Sco. vnde quod legitur
de ſancta Genoueſa quod oleo vngebat in=
firmos et ſanabantur: ad miraculum perti
nuit: non ad ſacramentum ſecūdum Ri. di.
xxiij. Idcirco aūt presbyteris conceſſum eſt
vngere infirmos oleo ſanctificato quia epi=
ſcopi alijs occupationib⁹ īpediti ad oēs lan
guidos ire non poſſunt. xcv. di. illud. ¶ Re D
quiritur etiam intentio vngētis miniſtri de
bita. ſ. generalis vel ſpecialis vt dictuʒ eſt ſ.
pte. j. c. v. A. ¶ Materia ꝯgrua ꝯ ſubſtātia E
lis hui⁹ ſacramēti eſt oleū de oliuis ab epi=
ſcopo conſecratum qđ dr̄ cōiter oleum infir
morum. nec oportet ibi eſſe aliquid confectū
ex oleo et balſamo: ſicut in materia confir=
mationis quia cōfirmatio datur ad fidei cō
feſſionem ad quā requiritur non tantuʒ pu
ritas cōſcientie deſignata per oleum: ſed etiā
odor bone fame deſignat⁹ p balſamū / ſʒ ex
euntibus de via ad terminū ſufficit conſcien
tia pura / conſecratio autem illa epiſcopalis
eſt neceſſaria ad hoc vt ſit materia apta: qr
cōiter i ſacramētis ꝯſiſtētib⁹ i ſolo vſu de qb⁹
dcm̄ eſt ſ. pte. iij. c. j. C. ſol⁹ baptiſm⁹ nō re
quirit materiā ſpālit ꝯſecratā ꝯ hoc ideo: qr
xp̄s tactu ſue mūdiſſime carnis qſi baptiza
ri voluit a Johē totā aquā ad vſū baptiſmi
dedicauit. ¶ Forma determiata huius ſacra F
mēti ē deꝑcatiua hec. ſ. ꝑ iſtā ſanctā vn
ctionē et ſuā piiſſimā miām parcat tibi dñs
quicquid peccaſti oculorū vicio et dicit ocu=
lorum vicio qñ oculi inunguntur: auriū qñ
aures ꝯ ita de ceteris vt patebit capi. ſeqūti.
Requiritur etiā ſimultas prolatiōis forme
et vnctionis non oimoda ſed qualis requiri

B solet in actibus humanis nã inter factũ ho
minis: et verbum correspondens iudicatur
simultas sufficiens qñ vnum incipit ante=
q̄ aliud finiat̄ nõ ergo vnctio dz finiri anteq̄
forma incipiat̄ nec forma finiri anteq̄ vnctio i=
cipiat̄ huic concordat dictũ Sco. sup iiij. di. vij
G ¶ Loca vngẽda sũt organa potẽtiaꝝ p̄ qua
rũ act⁹ frequent̄ peccat̄ venialiť vtputa duo
oculi q̄ sũt organa virtutis visiue. Due au=
res organa virtutis auditiue. Nares: organa
virtutis olfactiue ꝯ in hijs geminãtur vnctio
C nes. Orgaũ gustus est linguã in quã non
fit vnctio ꝓpter abhominationẽ tollendam
Sed exterius sup os quod fit cõtra duplex
peccatum veniale: quod per linguã frequẽ
ter cõmittitur. s. gustando et loquẽdo. Pro
organo virtutis generatiue fit vnctio ad lũ
bos: nã scdz Grego. viris in lũbis luxuria ẽ.
Organa virtutis tactiue principalia sunt
due manus ꝯ ibi geminat̄ inunctio. Orga
na potentie progressiue sunt duo pedes ꝗ in
illis etiam vnctio geminatur secundũ Sco.
di. xxiij. In mutilatis debent inungi loca
H magis propinqua. ¶ Hoc sacramentũ nõ
est conferendum nisi adultis infirmis in pe
riculo mortis constitutis ex ipsa infirmita=
D te vel hijs qui pre senio deficiunt etiã sine
actuali infirmitate vnde nõ datur euntibus
E ad bellũ siue ad duellum peregrinis aut na
uigantibus vel hijs qui mox occidendi sũt.
Quia talis mors non iminet a defectu natu
re: sed ex defectu fortune. Pueris autẽ non
datur quia nõ habent spiritualem infirmi=
tatem contractam ex peccato actuali nec di
spositionẽ deuotionis habere possũt ad hoc
sacramentũ. Freneticis vero ꝯ amentib⁹ q̄
in sua sana mente constituti hoc sacramẽtũ
petierunt dari debet. Si vero non petierint
in tali statu nõ debet durante amentia con=
ferri secundũ Pe. et Tho. versus. Non est
vngendus / furiosus / morio paruus. Dicit̄
morio a morte quia non viget in eo intelle=
lectus. Sed hic addendum est secũdũ Tho.
ꝙ illi furiosi precipue non debent inungi q̄
verisimiliter possent facere sacramento ir=
reuerentiam per aliquam immundiciam ꝯ
nisi haberent lucida interualla in quibus re
cognoscerent sacramentum in confessione la=
meth. pec. cap. vltimo. ita dicitur. Si con=
tingat infirmos freneſi vel quacunqꝫ men=
tis alienatione laborare si ante alienatio=
nem erant de salute sua solliciti consulim⁹
eis nichilominus hoc sacramentũ fiducialı
I ter ministrari. ¶ Item non debet conferri
hoc sacramentum nisi homini penitenti q̄a
nullus est digne capax ipsius nisi sit in gra
tia. Non enim institutũ est hoc sacramen=
tum quasi medium acquirendi gratiam si=
cut baptismus ꝯ penitentia. Sed in remedi
um venialium. Et quia pueri furiosi ꝗ hu=
iusmodi non sũt vere penitentes ideo exclu
buntur ab hoc sacramento secũdũ Scotum
sed vide melius ca. sequenti. b. ¶ Potest eti K
am hoc sacramentum iterari sine aliqua sui
iniuria quia non habet effectũ perpetuum
eo ꝙ sanitas mentis et etiam corporis qui
sunt effectus eius sicut dicetur in ca. proxi=
mo amitti possunt. Unde in diuersis infir=
mitatibus et secundum tempus distinctis
potest idem homo pluries inungi in eadem
quoqꝫ infirmitate hoc sacrm̄ iterari põt si vl
tra annũ ꝓtrahat̄ ita ꝙ in vno anno in eadẽ
infirmitate nequaq̄ bis inũgat̄. Ista est ad
dicio nescio cui⁹ Si p̄mo quidẽ sit in piculo
mortis ꝯ euadatꝫ postea recidiuũ patiat̄ q2
erit quasi alia infirmitas. Similiť si sit egri
tudo diuturna vt in ydropicis q2 tũc dz fieri
qñ videt̄ deducere ad piculũ mortis et si illũ
piculũ euadat eadẽ infirmitate durãte: etiã
post ad statũ similẽ reducat̄: iterũ põt iungi.
q2 ali⁹ ẽ infirmitatis stat⁹ lꝫ ei⁹ sit eadẽ infir
mitas s̄z Tho. sup iiij. ¶ Sacerdos põt vno L
clerico p̄nte infirmũ inũgere et etiã sine cle
rico in necessitatis ar. s̄z Ber. ꝯ Host. Itẽ si
sacerdos iã aliq̄bus ptib⁹ inũctis ꝯ aliis re
stantib⁹ ad vngẽdũ defecerit ptes inũcte nõ
sũt iterato vngẽde s̄z que restãt vnctiões p
sacerdotẽ aliũ ꝯpleantur. s̄z Tho. ꝯ Petrũ.

¶ De effectu hui⁹ sacri ꝯ mõ ꝯferẽdi. C. ij.

Effectus huius sacramẽti p̄ncipa
lis. s. vnctiõis extreme est quedaꝫ A
sanatio sp̄ualis que datur cõtra de
bilitatẽ quãdã vel ineptitudinẽ de
relictã in hoĩe ex pctõ actuali siue originali
cõtra quã debilitatẽ hõ roborat̄ p hoc sacrm̄
et q2 hoc robur grã facit que secũ nõ cõpati
tur pctm̃: ideo ex cõsequẽti si inuenitur pec
catũ aliquod siue veniale siue mortale quo
ad culpam: tollit ip̄m dũmodo nõ ponatur
obex. ex pte recipiẽtis. Unde dicit Jacobus
cõditionaliter si in peccatis sit dimittẽtur ei
Ja. v. Et ꝗuis nõ semp̄ remittit pctm̃ quo
ad culpã: q2 q̄n qꝫ forte culpa nõ inest: semp
tñ remittit quo ad debilitatẽ p̄dictã quã q̄dã
vocãt reliq̄as pcti. ¶ Secũdari⁹ effect⁹ ei⁹ est
sanitas corporalis. Sz hũc effectũ nõ īducit ni
si s̄z quod expedit ad sanitatẽ sp̄ualẽ qui est
effectus eius principalis et licet in eius colla

tione multe fiant unctiones: ultima tamen
est formalis respectu omnium precedentium
et agit in virtute earum & ideo in ultima un
ctione gratia infunditur que prebet effectus
sacramento secundum Tho. super.iiij. valet etiã
ad deuotionẽ excitandã et velocem transitũ
B in celũ vt dicit idem Tho. i vita. ¶ De effectu
huius sacramenti dicit Armachanus in que
stione hermenũ.li.ix. ca.xxv. q effectus princi
palis huius sacramenti est salus spiritualis
in casu quo forte alias periret infirmus/ vt
puta si infirmus sit in peccatis mortalibus
pluribus aut vno potest contingere q nõ ad
iutus alior suffragijs nec ecclesie. damnare
tur. quibus tunc adhibitis deus penitentiam
sibi dignam vel principiũ penitentie immit
teret/ et consequenter saluaret et ideo propter
casum hunc possibilem expedit super infir=
mum presbyteros precipue scientiores ora=
re et eum inungere vt possit saluari qui for
te sine his presidijs nullatenus saluaretur &
infra ca.xxviij. cũ ergo lateat sacerdotes ec=
clesie quando ille casus instat aut pro maio=
ri parte de hoc sunt incerti/ aut instet: artan
tur ex cura quam gerunt per istius sacramẽ
ti remedium infirmo succurrere: alioqui nõ
video quin animam illius infirmi de mani=
bus ipsorum deus requireret/ cum ergo casus
ille vt dixi sit incertus hoc sacramentum sin
gulis saltem ad mortem infirmantibus da=
ri debet. Si autem infirmus erat immediate
ante vnctionem in statu gratie: principalis
effectus huiusmodi sacramenti est peccatorũ ve=
nialium & pene debite remissio. Secundari⁹
vero effectus est alleuiatio corporalis ita vt
infirmus alleuiet per hoc ab egritudine cor
porali. & ca.xx x. n ft. Subdit omnes qui sa
cramentũ extreme vnctionis conferre renuũt
aut negligunt ad quos ex cura quam gerunt
id pertinet vt mihi videtur damnationẽ ac=
quirunt sibi. hec ideo hic asserui ne curati ad
conferendum hoc sacramẽtũ prompte sunt
C negligentes decetero. ¶ Item tẽpore inter=
dicti non debet conferri vnctio extrema: nec
alia sacramenta exceptis baptismo. confir=
matione. penitentia. et viatico decedentib⁹
tantum conferendo extra de pe.et re. q in te
iuncto capitulo responso. extra. de sen. exco.
D ¶ In hoc sacramẽto sicut in ceteris tria sũt
vnũ sacramentũ tantum. s. exterior vnctio
aliud res tantum. s. effectus sanitatis dupli
cis vt dictum est. et tertium est sacramentũ
et res. i. quedam vnctio spiritualis interior
videlicet mentis iocunditas et solaciũ secundum
Tho. ¶ Ab infirmo languente in extremis
secundum Anselmũ cãt. vt quidam recitãt E
sic debet sacerdos interrogare. frater letaris
quia in fide christiana morieris: respondeat
infirmus etiam. fateris te nõ ita bene vixis=
se vt debuisti: respondeat. etiam. Penitet te de
hoc et habes voluntatẽ emendandi te si spa
cium haberes viuendi: respondeat etiã. Cre
dis q iesus christus fili⁹ dei viui natus fuit
ex maria virgine gloriosa: respondeat etiã.
Credis te non posse saluari nisi per mortem
eius: respondeat etiã. Agis ei gratiã ex toto
corde propter ista beneficia: respondeat etiã
Dicat sacerdos age dum superest in te anima
tua in eius morte sola totam fiduciam tuam
pone huic morti te totum immisce: hac te totũ
contege. te totum inuolue. Si deus te iudi=
care voluerit propter peccata tua: dic mortẽ
iesu christi domini nostri obicio inter me et
mala merita mea ipsiusq mortẽ offero pro bo
no merito q habere debuissẽ ipsamq mortẽ
pono iter me et irã tuã. ¶ Exhortetur etiã sa= F
cerdos infirmum q patiẽter & humiliter su=
stineat & suscipiat infirmitatem sibi immissam
a deo/ nam infirmitas corporis si bene & si=
ne murmure tolleretur parit anime sanita=
tem. Flagellum ergo dei ne contemnas a
quo solo est anime salus sed magis age gra
tias deo te flagellanti. te corripienti. Flagel=
lat deus omnem filium quem recipit ad He
breos. xij. ¶ Item contemptum vite presen G
tis et mortis appetitũ sacerdos infirmo ta=
li modo quo poterit suadet. vt si de vite huiusmodi
misere naufragio intime cogitares: festinã
ter mori in domino concupisceres. Beati enim
mortui qui in domino moriuntur. Conside
rã vitã presentem cuius initium dolore ple
num/ medium et erumpnis et peccato infe=
ctum/ finẽ vero penam multiplicem comi=
tantem/ et vide an potius sit appetẽdum be
ne mori an male viuere nemo sine crimine
viuit ait Ecclesiastic⁹. hoc aduertebat satis
apostolus cum dicebat cupio dissolui et esse
cum christo multo autem melius. denique pre
sentis vite molestias quis sufficit numerare
scilicet esurire. sitire. calere. frigescere. lassa=
ri et alia quasi innumerabilia ex consuetudi
ne quasi nobis domestica. Sunt et alia incõ
moda spiritus longe grauiora vt concupisce
re. fornicari. adulterari. rapere. furari. occi
dere. mutilare. irasci et odire & alia plurima
que spiritum necant: a quibus omnibus per
mortem liberari cũ alia via nõ poterat quis
sapiẽs nõ desideraret hic est q Aug. mortem

sic alloquitur. o mors desiderabilis finis oīz
maloꝝ presentiū. laborū clausula. quetis prī
cipiū quis excogitare potest vtilitates tuarū
H beatitudinū. ¶ Sequatur exhortatio de fide
firme. viā vniuerse carnis ingressurus esto fi
delis. nā sine fide impossibile est placere deo
et omne quod nō est ex fide peccatū est vt ait
apostolus / ipsa cui fides est secūdū Augu. de
agone christiano. que primo subiugat aīaz
deo deinde ad precepta viuendi quibꝰ custo
ditis spes nostra firmatur et caritas nutrit
et lucere incipit quod antea tantūmō crede
batur fidei succedit visio / si vis deū beatifi=
ce videre: sis firmꝰ in fide videbimꝰ deū si=
cuti est. ait Johānes apostolꝰ magna ꝓmis
sio sic videre deū sed fidei merces est scḋꝫ Au
gustinū. et si oporteat exprimātur fimo ar
ticuli fidei de quibus vide infra parte. x. c. j.
vt si forte prius in aliquo articuloꝝ errauc=
rit titubauerit. vel dubius fuerit ante mortē
I ad fidē solidā reducat. ¶ Oportcat etiā te
frater caritatē habere vt. s. diligas deū super
oīa et proximū tuū propter deū / qꝫ sine cari
tate nihil tibi proderit fides. dicēte apostolo
si habuero omnē fidē ita vt mōtes trāsferā
caritatē autē nō habuero nihil sum / age ca=
ritatis opera dū vales: caritas eni operatur
magna si est / si renuit operari: caritas nō ē
magnū est quod ex bona ꝯ magna volūtate
procedit / exercere pietatis opera / si multū ti=
bi fuerit habūdanter tribue. si exiguū illud
impartiri stude / añ oīa si quē lesisti iniuste.
satisfacias si vales / sinautem: expedit ab eo
veniā postulare / dimitte debitoribꝰ tuis vt
deus tibi dimittat ꝑ te in te peccantibꝰ / odiē
tes te diligas: pro malis bona retribuas di=
mittite inquit saluator et dimittetur vobis
K ¶ Spē te oportet habere bonā ꝯ firmā i do
mino et si occurrat cogitatui tuo multitudo
peccatorum tuoꝝ: dole / sed nullo mō despe
res cogita qm̄ scriptū ē mīa eiꝰ sup oīa opā
eius et ei soli ē ꝓpriū misereri sp ꝯ ꝑcere dic
creatori tuo in te dñe sp̄aui nō ꝯfundar ieter
num. Spera ergo in dño ꝯ fac bonitatē qm̄
sperantē in dño mīa circūdabit / hec a tribu
latione liberat: mentē confortat: et eleuat di
cente propheta / q̄ sperāt i dño mutabūt for
titudinē. assumēt pēnas volabūt ꝯ nō defi=
cient. ysa. xl. volabūt inq̄ a tenebris ad lu=
mē a carcere ad regnū a miseria presenti ad
L gloriam sempiternam. ¶ Carissime frater
si vis ad visionem dei tui peruenire omnu=
no oportet vt sis nitidus in mente. beati mū
do corde quoniam ipsi deū videbūt a. t chri

stus. Si ergo vis mundum cor et purā con
scientiam habere peccata tua vniuersa con=
fitere: oris enim confessio fit ad salutem. ait
apostolus. et si ante hoc aut per obliuionem
aut verecundie confusionem aliqua pecca=
ta vel circumstantias aggrauantes omisisti.
truncasti. abscondisti vel minus plene dixi=
sti: resume et confitere quoniaꝫ in proximo
est vt amplius confiteri nō poteris / dic vni
peccata tua et deus corā milibus in iudi=
cio teget ea. Si hic tu tegas et abscondas in
omni conspectu ad tui confusionem nuda=
buntur. recogita ergo omnes annos tuos in
amaritudine aie tue et si forte priꝰ cōfessus
es grauia: modo saltem si superuixeris reli=
qua confitere / non sit tua sollicitudo de vxo
re. de liberis. de rebus mundialibus: sed oēz
sollicitudinem tuā proice in deum: vt horta
tur beatus petrus. non sis immemor tue sa
lutis / multum tempus inuanum transegi=
sti: nunc vna hora tibi forte superest in hac
vita vel pauloplures: hanc vel illam seu il=
las expēde totaliter in vtilitatem anime tue
et cōmodum / surge et comede grandis eniꝫ
tibi restat via. surge de lacu miserie et de lu=
to fecis spiritualis. i. peccati per confessionē
et lotus lachrimis contritionis comede cor=
poris christi sacramentū / et hoc erit tibi via
ticum. i. in via hac qua gradieris robur et ful
cimentum / et ambulabis per dei gratiam in
fortitudine tibi illius vsq ad montem dei /
quod tibi concedat fidelium omniū redem=
ptor dei filius iesus christus. hec non sunt de
substantia sacramēti extreme vnctionis: sed
quasi de bene esse sunt: solūmodo ad instru=
ctionem simplicium sacerdotum hic inserta
¶ Quādo infirmus debet inungi: debet ima M
go crucifixi afferri et ante conspectum eius ē
statuenda vt redemptorem suum in imagi
ne adoret et passionem eius quam pro pec=
catorum salute sustinuit recordetur premit
tat sacerdos deuote orationes ab ecclesia ad
hoc ordinatas etiam ante vnctionem iuxta
illud Jaco. v. infirmātur quis in vobis in=
ducat presbyteros ecclesie et orent super eū
vngentes eum oleo in nomine domini ꝯ ora
tio fidei saluabit infirmum. ¶ Vnctio au= N
tem sic adhibenda est / sacerdos tangat ocu=
lum dextrum infirmi et deinde sinistrum fa
ciendo super vtrumq signaculum crucis cū
oleo et dicat linendo hanc formā verboruꝫ
Per istam sanctam vnctionem et suam piis
simam misericordiam indulgeat tibi domi
nus quicquid oculorum vicio deliquisti. Ali

dicant sic quicquid peccasti per visum. deinde interpositis orationibus consuetis inungat aures ut premissum est. et dicat Per istam unctionem. etc. quicquid deliquisti vicio aurium. vel secundum alios quicquid peccasti per auditum. deinde super nares: dicendo per istam. etc. quicquid deliquisti vicio narium/ vel aliter quicquid peccasti per odoratum. quando inungitur os dicitur quicquid deliquisti vicio lingue vel oris. aliter quicquid peccasti per gustum et illicita verba. quādo manus: dicitur quicquid deliquisti vicio tactus siue quicquid peccasti per tactum et operationem. quando pedes: dicitur quicquid deliquisti vicio incessus: siue per incessum pedum. quando ad umbilicum quicquid deliquisti vicio carnis: siue quicquid peccasti per illicitas cogitationes et per ardorem libidinis/ et facta unctione expediens est ut sacerdos inquirat ab infirmo an aliqua alia peccata occurrant: de quibus non erat confessus nam posset esse ut dicit Armacanus quod per preces et deuotas orationes sacerdotis siue aliorum deus cor infirmi illustrauerit et dederit gratiam plenius et verius confitendi tūc cōmunicetur infirmus: nisi de vomitu vel alia irreuerentia timeatur in quo casu locum habet illud dictum beati Augu. ut quid paras dentē et ventrē. crede et manducasti.

D ¶ Hec subscripta vel aliquā illorum cōuenientēr dici poterūt ab infirmo agēte in extremis. Suscipe me domine secundum eloquium tuum et viuā et non confundas me ab expectatione mea: et que est expectatio mea: nonne dominus. vel sic. Domine iesu christe suscipe spiritum meum. vel In manus tuas domine cōmendo. etc. item Delicta iuuentutis mee. etc. et ab occultis meis munda me domine. etc.

¶ Incipit septimā pars. de sacramento ordinis in generali. Capitulum. j.

A De sacramēto ordīs tenēdum est quod ipsum est sacramentū vnū nō vnitate indiuisibilitatis sicut pūct⁹: nec vnitate cōtinuitatis sicut linea/ nec pfectione vni⁹ forme sicut corpus animatū sed vnū pfectiōe vni⁹ finis/ quia cōstituitur ex multis ordinibus spiritualib⁹ quod oēs ordināntur ad vnū finē. s. ad vnū actū cōsecrationis eukaristie s̄m Pe.

B ¶ Ordo put hic sumitur est signaculū quoddā in quo spūalis potestas traditur ordinato ad officiū s̄m Mat. iiij. sen. di. xxiiij. s̄m hāc descriptionem episcopat⁹ esset ordo distinctus ab alijs: quia in eius collatiōe tradita est ordinato spiritualis potestas. etc. sed quia multi negant episcopatum esse ordinē distinctum ab alijs. ideo dicit scotus quod ordo nō proprie dici potest sacramentū sed ordinatio dici debet et est sacramētū/ quod sic describit. Ordinatio est quedam institutio alicuius in gradu ecclesie preeminēte cui conuenit aliquod ministeriū circa eukaristiā exhibendū facta a ministro idoneo certa verba cū intentione debita proferente.

C ¶ Septē sunt ordines siue gradus s̄cdm Ma. sen. vbi s. quattuor. s. minores. vt ostiari⁹. lector. exorcista. et accolitus et tres sacri. s. subdiaconus. diaconus sacerdos et sic loquendo de ordine vt est sacramentum et caracterē imprimit. Prima tonsura non est ordo sed dispositio quedā ad ordinē s̄m Ri. maxime quia iura in quibus numerantur ordines tonsurā nō posuerūt. xxiij. di. seriati. lxxvij disti. illud. xxiij. di. a subdiacono. sicut notat Ninck. ex. de etate. et qua. cū contingat vt recitat Guydo c. ti. null⁹ li. vj. Tamē prima tōsura nō est sacramētū: sed sacramentale s̄m Ri. nec ordo nisi improprie vt deputatio ad diuinum cultū. Ordo psalmistat⁹ autē nō est ordo sed est officiū annexū ordini lectoris s̄m Thomā et Ri. di. xxv. Her. tho sup dcm capitulū cū contigat videtur tenere quod idē est psalmistat⁹ et prima tōsura et pōt a pbro conferri pro quo facere videtur quod dr. xxiij. di. psalmista vbi sic. psalmista et cātor pōt absq scientia epi sola iussione pbri officiū suscipere cantandi. dicēte sibi pbro vide vt quod ore cātes corde credas/ et quod corde credis opibus cōprobes. glo. etiā super capitulū. cleros. xxj. di. dicit. quod per primā tōsurā fit aliquis psalmista et tōsura illa est sacramētale signū et supra in eadē glo. dr quod psalmista et hostiari⁹ et lector sunt clerici et deponi possunt sicut alij: et qui iniicit man⁹ violentas in istos excōicat⁹ est.

D ¶ Ep̄atus autē nō est ordo proprie sed dignitas siue excellētia in ordine/ tū quia nō imprimit caracterē/ tū etiā quia oīs ordo ordinatur ad sacramētū eukaristie vt. j. dicetur. ep̄s autē quo ad eukaristiā nō hz potestatē superiorē sacerdote nisi quis velit officiū respectu quarūlibz actionū large loquēdo vocare ordinē/ et sic loquuntur iura cū dicūt quod ep̄s nō potest ea que sunt episcopalis ordinis cōmittere nisi ep̄o s̄m Tho. vbi s.

E ¶ Quomō autē cuilibet septē ordinū predictorū cōuenit aliquod ministerium ordinatum ad sacra=

mentum eukaristie Scot⁹ vbi sic declarat Primus gradus et supremus disponit ad consecrationē eukaristie et est sacerdotium. Secundus disponit ad dispensationē eius saltem ad dispensationem sanguinis et est diaconatus. Tertius disponit ad oblationē materie eukaristie consecrande et est subdiaconatus. Subdiaconus autē materiā pro sacramento eukaristie accipit a populo ꝯ offert eam diacono et illam offerre habet diaconus sacerdoti. Unde isti tres dicuntur sacri ordines: quia immediate disponūt ad actum aliquē seu ministerium circa eukaristiam consecrandā dispensandā vel eius materiam exhibendā. Alij vero quattuor ordines disponūt ad aliquos actus remote se habentes ad eukaristiam et hoc vel ad accendendū deuotionem in affectu quod facit acolitus: cereos illuminando ꝯ portando. Uel ad instruendū intellectum ad cognitionē ad quod ordinatur lector. Uel tertio ad remouendum hoīes indignos .i. ad custodiendū locū confectioni eukaristie deputatū et aliorum sacramentorū .i. ecclesiam ab hijs qui immūdi iudicati sunt .i. ab excōicatis ꝯ huiusmōi et hoc facit hostiarius. Uel quarto ad arcendū demones ne appropinquent ad nocendum et hoc pertinet ad officium exorciste. Ex dictis apparet ꝙ nō est pprius actus diaconi legere euangeliū et subdiaconi epistolam. Sed isti sunt remoti et minus perfecti actus eorum: actus perfectissimi eorū

A sunt illi de quibus est hic supradictū. ¶ Nota etiam ꝙ licet isti perfecti ordines secundū institutionē ecclesie recipi debeant secundū quendam ordinem incipiēdo .s. ab inferiori et ascendendo ad supremum: non tamen habent inter se ita necessariam cōnexionem qui de facto recipi poterit inferiore non suscepto superior. Unde ex. de clerico per sal. promoto tue. Mandat ꝙ ordinatus in presbiterum diaconatus ordine pretermisso ordinetur in diaconū: sed ordo presbiteratus nō est quomodolibet iterādus. Peccat autem grauiter scienter ordinatus per saltum et ordinis suscepti executionem de iure non habet: antequā secum dispensetur secūdū Ric. ¶ Item in quolibet ordine suscepto confertur suscipienti digne et non habenti obicē gratia gratum faciens vel augetur prius habita. ar. ex. de sacra vnctio. §. crare in fine et

B secundū Richar. ¶ Prima tonsura non est ordo secundum quosdam vt dictum est sed debet precedere ordinem. Quia in omni transitu de statu in statum conuenienter ponitur aliqua dispositio media. Unde in transitu a statu laycali ad statū ministeriorū diuini congrue interponitur prima tonsura sit autem tonsura in capite in modum corone quia tonsus in illius ministerium assumitur cui seruire regnare est secundū Tho. in verit. Quid autem significet pilorū rasio quid corone rotūditas. vide iiij. sen. di. xxiiij. ca. ij.

¶ Item tonsura non est de necessitate ordinis sed de congruitate quia si non tonsoratus ordinaretur vere reciperet ordinis sacramentum. Huius etiam ipse ordinator talē scienter ordinans grauiter peccaret. quia ordinari non debet nisi clericus et sine tonsura clericus non est. ar. xxiij. di. psalmista. §. clerici. H

¶ Nota ꝙ clerici non beneficiati nec in sacris constituti qui publice exercent actus repugnantes statui clericali huius peccent: huiusmōi actus exercendo: tamen pro tūc non ex hoc peccant. quod non portant tonsurā clericalem. immo magis peccarent si tonsuram portarent. Tales vtiq3 si tertio moniti ab eo cui incumbit seipsos emendare contempserint: priuilegio clericali efficiūtur extorres ex. de sen. ex. contingit. Qui vero nō exercent actus hmōi repugnantes sed tanquā clerici vtuntur et gaudent priuilegio clericali: peccant si tonsuram non deferant loco et tempore congruis nisi videlicet ex causa rationabili id omittant. Immo debent compelli ad tonsuram portandam vt. xxiij. di. clerici et ex. de vita et honesta. cle. siquis nec possunt clerici pro libito suo renunciare priuilegio clericali nisi faciāt aliqd pro quo secūdum iura huius priuilegio sunt priuati cū non sit personale priuilegium sed toti clericorum collegio sit indultum. extra. de fo. cō peten. si diligenti. ¶ Clerici etiam vxorati si vtantur et gaudent priuilegio clericali debent tonsuram deferre. extra. de vita et hone. cle. cleric⁹. Si nō vtūtur priuilegio clericali: quia volūt fieri milites aut negocia secularia exercere tunc deferre nō tenenē. Si autē clericus vxoratus eatenus solum dimittat tonsuram vt iudicium ecclesiasticum declinet ꝙ propter delictum suū formidat estimans facilius euadere in curia laicali: cōpelli debet vt iudiciū ecclesiasticum subeat: et tonsuram deferat sicut prius. Bigami vero qui vel viduam vel secūdā vxorē duxerint: prohibentur sub anathemate ne tonsuram vel habitum deferant clericalē. lxxxiiij di. siquis et ex. de bigamis altercationis li. A

vi. Bigami tamen ad religionem convolantes possunt tonsuram deferre scdm Richar.

K ¶ Itē de substantia sacramenti ordinis sunt sex.
1 Primum est potestas ordinantis quia oportet quod sit ephus. solus enim ephis auctoritate propria conveniunt ordines conferre ut in proximo ca. dicetur.
2 Secundum est forma verborum certa: quam scz habent epi in libris suis in sacerdotio tamen videtur quod debent esse due forme principales. in quarum altera confertur potestas conficiendi eukaristiam: in altera potestas absolvendi penitentem et istis formis iunguntur duo signa visibilia tanquam due materie. Primum signum correspondens prime forme est traditio calicis et patene cum hostijs dicente episcopo accipe potestatem celebrandi &c. Secundum signum correspondens secunde forme est impositio manus episcopi super caput ordinati dicente episcopo accipe sanctum spiritum &c. secundum Scotum ubi s.
3 Tertium est intentio debita tam conferentis quam suscipientis et sufficit intentio virtualis ut dictum est parte .ij. cap. v. b.
4 Quartum est materia scz unctio in sacerdotibus vel sicut in alijs ordinibus tactus eorum que tangenda sunt.
5 Quintum est sexus virilis quia mulier non est susceptiva caracteris alicuius ordinis ut infra dicetur. capi. iiij. a. a.
6 Sextum est quod ille qui ordines suscipit: prius fuerit baptizatus quia alias non reciperet caracterem ordinis eo quod baptismus est ianua omnium sacramentorum et eius caracter est quasi dispositio previa ad caracteres aliorum sacramentorum. Hec predicta collecta sunt ex dictis sancti Thome et Scoti super quartum sen.
L ¶ Item in hoc sacramento quiddam est sacramentum tantum scz illud visibile signum quo potestas ostenditur tradi ordinato. Quiddam res tantum scz gratia digne suscipienti sacramentum collata. Quiddam sacramentum et res ut caracter secundum Tho. de veritatibus.

¶ Quis potest ordines conferre et de modo conferendi. Capitulum secundum.

A Episcopus et nullus inferior eo potest ordines conferre auctoritate propria et ordinaria potestate. Alij vero non epi ut abbates ex privilegio vel speciali commissione possunt minores ordines conferre ut in ca. eo. ii. Maiores autem solus episcopus ut ex. de ordi-
B natis ab episcopo qui renun. capi. i. ¶ Episcopus non baptizatus non potest conferre ordines nisi baptizetur et de novo singulatim ordinetur secundum Tho. quia non baptizatus nullum ordinem habet et quod quis non habet dare non potest .i. q. vij. daibertum.
C ¶ Ephus autem rite ordinatus et consecratus in forma ecclesie postea lapsus in heresim et sic per consequens excolcatus et suspensus a iure ab omnibus actibus legitimis ordinans aliquem in forma ecclesie et cum debita intentione ordinem quidem confert: sed non executionem ordinis ut lix. di. scdm. Si autem formam ecclesie non servaverit cum debita intentione non confert ordinem. Similiter nec episcopus non rite ordinatus et consecratus in
D forma ecclesie scdm Rich. di. xxiiij. ¶ Episcopus degradatus ut dicunt aliqui nullum ordinem conferre potest et si conferat de facto nichil facit cum tota potestas ephalis ab eo per ecclesiam auferatur sicut bene auferri potest cum non imprimat caracterem. Alij dicunt contrarium quia sicut altare calix et huiusmodi semel consecrata nunquam possunt amittere suam consecrationem multo fortius nec ephus cum sua consecratio sit a deo principaliter. ab homine vero ministerialiter et magis capax consecrationis est anima hominis quam lapis. Ideo dicunt quod ephs degradatus potest ordines conferre de facto non de iure. Et si conferat in forma ecclesie et cum debita intentione ordinem quidem confert sed non executionem. i. taliter ordinatus non potest exequi actum sui ordinis sine dispensatione sui superioris
E secundum Richar. ¶ Episcopus scienter ordinans indignum peccat mortaliter quia infidelis est domino committens indigno eius ministerium secundum Tho. xxiiij. di. Et si non possent inveniri tot boni ministri forte ut expediret: melius est habere paucos ministros bonos quam multos malos. xxiiij. di. ta-
F les ex. de etate et quali ca. cum sit. ¶ Episcopus non debet ordinare clericum alterius diocesis preter licentiam sui superioris .i. episcopi in cuius diocesi ille qui ordinari vult fuit oriundus. Vel in cuius diocesi beneficium ecclesiasticum optinet. Vel domicilium habet licet alibi oriundus fuerit. Unde si quis fuerit de una diocesi ratione originis: de altera ratione beneficij. De tertia ratione domicilij a quolibet illarum diocesano epo licite poterit promoveri. Et quilibet illorum eporum poterit sibi dare litteras commendaticias et licentiam quod ab alio epo quocunque catholico ordinetur. Sed nulli prelati inferiores episcopis sive religiosi sive alij possunt huiusmodi licentiam dare: nisi hoc a sede apostolica habuerint ex

privilegio speciali nec etiam officiales epõꝝ
hoc possunt facere. sed vicarius epĩ genera
lis in spiritualib⁹ ipso in remotis agente vel
E sede vacante capitulũ seu ille ad quem tunc
tẽporis pertinet administratio sp̃ualiũ da=
re possunt litteras dimissorias.i.licentiã ab
altero ordinandi. ¶ Religiosi quoqꝫ qui a
suis prelatis sunt in prioratibus nõ exem=
ptis deputati: priores etiam et eoꝝ socij pos
sunt a locorũ dioces. q̃diu morant̃ ibi licite
ordinari licet non sũt de eoꝝ diocesi oriũdi.
hec oĩa ex̃.de tẽpo.or̃d. cum nullus.lib.vi.
F ¶ Quicunqꝫ autẽ alienũ sine licentia scien
ter seu affectata ignorantia ordinauerit: per
annũ a collatiõe ordinũ est suspensus.et ite
rum clerici sui absqꝫ ei⁹ licentia possunt a vi
cinis epĩs licite ordines recipere vt ibidẽ ca.
q2 eos.et p istã decretalẽ reprobata ẽ opinio
dicẽtiũ ꝙ ordinare poterat alienũ sub spe ra
G tihabitionis. ¶ Ep̃s ytalie non debet ordi=
nare vltra montanũ sine licentia pape vel
sui epĩ.s.ratione originis beneficij vel domi
cilij vt dictũ est supra. F. Et qui contra hoc
ordinati fuerint suspensi sunt absqꝫ spe di=
spensationis.et ordinantes debent cõdigne
H puniri.ext.de temp.ordi.scpe.li.vi. ¶ Nul
lus episcopus vel ali⁹ debet conferre tonsu
rã clericalẽ infanti nisi forte religionẽ intra
ret: nec illiterato nec hoĩ diocesis aliene sine
licentia: nec cõiugato nisi voluerit religio=
nẽ intrare aut ad sacros ordines promoueri
qñ de iure potest vt infra ca.iiij.A d. Et qui
ꝯtra fecerit per annũ est suspensus a colla=
tione tonsure tm̃.ex̃.de temp.ordi.ca.null⁹
I li.vi. ¶ Ep̃us ordinans aliquem infra eta
tẽ debet suspendi a collatione ordinũ ⁊ ꝯpel
li puidere taliter ordinato de beneficio com
petenti.ext.de tpi.ordi.et quali. vel non est
K compos. ¶ Ep̃s conferens alicui eodẽ die
minores ordines cũ subdiaconatu vel duos
sacros ordines simul in eodẽ die ex certa scię
tia debet deponi: nisi forte dispensauerit cũ
tali in casu sibi concesso. Si vero negligen=
ter q2 non examinauit vt debuit debet pri=
uari potestate cõferendi talẽ ordinẽ s3 Ray.
.§.iij.et allegat multa iura.glosa tamẽ Jo.
xxxvi.di.qui ecclesiasticis.dicit ꝙ hodie mi
tius agit̃ cũ talibus.ar.ex̃ de prebendis.gra
L ue. ¶ Ep̃s conferens alicui sacrum ordinẽ
in sabbato ⁊ continuato ieiunio die dñica se
quenti aliũ sacrum ordinem eidem con=
fert suspensus ẽ a collatione vtriusqꝫ ordi=
nis.ex̃.de tempo ordi.et quali.litteras.et a
fortiori qui confert alicui duos sacros ordi

nes eodẽ die vt innuere videtur dictũ capi
tulũ litteras. ¶ Episcopus qui renunciauit M
episcopatui si tantũ renunciauit loco episco
pat⁹: s3 nõ statim potest ordines conferre si
cut ante si rogetur a proprio loci epõ. si aũt
renunciauit loco et dignitati põt nihilomi=
n⁹ cõferre oẽs minores ordines: s3 sacros nõ
potest.et tamen quicũqꝫ receperit ab eo mi
nores ordines sine licẽtia sui epĩ de iure cõ=
muni deponi debet.vij.q.j.episcopus in dio
ce.et.ix.q.ij.epĩm. Dispensari tamen potest
cum eo per episcopũ.s.vt in susceptis ordi
nibus deseruiat. Si q̃s vo a tali scienter re
ceperit sacros ordines nõ recipit eoꝝ ordinũ
executionẽ. si vero ignoranter poterit cũ eo
episcopus dispensare nisi ignorantia fuerit
crassa et supina ex̃ . de ordi.ab episcopo qui
renũc.ca.i. ¶ Abbas in suo monasterio con N
ferre potest suis subditis primã tonsurã et
duos minores ordines dũmodo sit sacerdos
et manus imposita sit ei secundum morem
proficiendoꝝ.ex̃.de eta.et qua.cum contin=
gat.lxix.di.qm̃ videmus. Hoc idem posset
electus abbas si episcopus deferat benedi=
ctionẽ.ex̃.de su.negli.prela. ca. statuimus.
Alienis autem conferre non põt.ext. de pri
uil.abbates.li.vi. ¶ Episcopus potest ele=
ctum in archidiaconũ archipresbiteꝝ abba
tẽ prepositũ vel ad aliud officium seu digni
tatem cui annexus est ordo sacer compelle=
re vt fiat presbiter per substractionem illi⁹
beneficij.lx.di.innouamus.ext.de elec.cum
in cunctis.et de eta.et qualit.ca.j. quin etiã
si electus ad regimẽ parrochialis ecclesie nõ
fiat sacerdos infra annũ a tpe pmotõis ipso
iure illa est priuatus.ex̃.de elec.licet canon.
li.vi. Possunt tñ epĩ et eorũ supiores cũ tali
bus dispensare quod vsqꝫ ad septẽniũ littera
rum studio insistentes.et nisi ad ordinẽ sub
diaconatus dũtaxat promoueri minime te=
neantur. vt ibidẽ ca.cũ ex eo. Fallit tñ quod
dictum est prius. vtputa si postq̃ archidia=
con⁹ vel abbas aut alius hmõi cõfirmatus
ante ordinationẽ factus fuit irregularis si=
ne culpa. vt quia perdidit manũ vel oculũ
vt in dicto ca.cũ in cunctis fm glo.sup ver
bo.si canones non obsistãt. Sec⁹ si ꝯtraxit
impedimẽtũ culpa sua: in quo casu priuat⁹
est ⁊ sic loquit̃ illud capitulũ populũ de eta.
et qua.fm Host. Si vero quis electus ẽ ad
dignitatẽ vel bñficiũ quodcũqꝫ cui nõ sit or
do annexus: non debet episcopus eũ inuitũ
ad ordines cogere.et si faciat puniẽdus est.
lxxiiij.di.capitulis.j.⁊.ij. Nisi hoc exigat ne

cessitas vel utilitas ecclesie: vt quia indiget
ministris ꝯ nulli alij vel pauci sūt idonei: tūc
eū cogere potest. Et si excuset se ratione cri
minis qḋ dicit se cōmisisse debet eṗs ꝓmo=
uere alios et illū expellere a beneficio qḋ ob
tinet: nisi alias esset valde vtilis et necessa=
rius illi ecclesie. ext. de eta. et qua. ca. queris.
Et ita pōt intelligi lxxiiij. di. cōsuluit. Si vo
excuset se ratione alterius impedimenti nō
prouenientis ex delicto suo. vt infirmitatis
et hmōi: nō debet cogi quia a coactione ap=
pellare posset sicut et tutor datus. ff. quādo
appellandū sit. l. j. §. si quis tutor. Si vero
excuset se sola voluntate absq; alia causa de
bet cpelli ꝑ subtractionē beneficij ꝯ officij.
lxxiiij. di. ca. iij. et. iiij. et in predicto ca. ꝗris.
ſm Host. Similiter in tali casu quo qs eēt
necessari⁹ et vtilis ecclesie: sꝫ eṗs nō. ex hac
causa sed ex odio cogit eū ad ordines: ꝗuis
eṗs peccet ipse tñ tenet obedire ex quo non
est malū qḋ precipitur imo iustū et vtile ec=
clesie. ar. ij. q. iij. quid ergo. xxiij. q. i. qḋ cul
O patur ꝯ ſꝫ Host. ¶ Si clericus vult promo
ueri ad ordines et habet ius petendi se ordi
nari ratione beneficij cui ordo annexus est
non potest prohibere eū episcopus ꝗuis sci
at peccatum ei⁹ occultū et ita potest intelli=
gi quod dicitur ext. de tempo. ordi. ex tenore
Si vero non habet ius petendi non tenetur
episcopus eū ordinare. porro regularis nul
lo modo debet ordinari cōtra voluntatē sui
prelati. ext. de temp. ordi. ad aures. ſꝫ Host.
P ¶ Si sciam eṗm meū hereticū vel scismati
cum occultū et vult cogere me ad ordīes nō
debeo ei obedire: quin poti⁹ permitterē me
excōicari ꝗ ab eo ordines recipere. ex. de heu.
excōi. inquisitioni. Et idē si sciam plātū me
um suspensum vel interdictū vel excōicatū
maiori sola secus de minori excōicatiōe: qꝛ
licet sit suspensus a participatiōe sacramen
torū non tamen a collatione. ext. de scisma
ticis. ca. i. in glo. Innocen. circa mediū. Si=
militer si sciam eṗm meū simoniacū in or=
dine suscepto potius debeo ꝑmittere me ex
cōmunicari ꝗ ab eo ordinari. argumēto illi
us capituli inquisitioni. Et ꝗuis crimē suū
sit occultū et ego ignoro eū simoniacum si
ordinatus fuero ab eo nō recipio ordis exe=
cutionē ab eo: sed indigeo dispensatione et
hoc in detestationē criminis. i. q. i. si quis a
simoniacis. Si autē eṗs simoniacus est ex
alia causa possum ab eo recipere ordines si
sit occultum quia non est suspensus quo ad
alios sed tñ quo ad se. ſm Tho. ꝯ Host. et

addit Host. ꝙ si possim obtinere quod non
ordiner ab eo hoc debeo facere. ¶ Eṗs ꝗ ali Q
quem ordinauit nō pōt ei obijcere irregula=
ritatē postea vel aliquod crimē ext. de eta. et
qua. accepimus in glo. Inno. Item episco
pus ordinē sacrum alicui conferens extra te
pora statuta debet priuari auctoritate ordi
nandi ext. de temp. ordi. ca. ij. ¶ Si eṗus in R
collatione ordinis aliquid omittat quod est
de substantia ordinis vel aliquid tale de quo
dubitatē an sit de substantia ordinis: tota or
dinatio debet iterari quasi nihil factū sit nō
eñ intelligitur iteratuꝫ qḋ nescit esse factū
de con. di. iij. solēnitates. Si aūt omissū est
aliquid quod scit nō esse de substantia: non
debet ordinatio iterari: sed quod omissū est
debet caute suppleri ex. de sacra. iter. vel nō
presbiter. et ca i. conc. Inno. Item si eṗus
in ordinando ex infirmitate deficiat per cuꝫ
vel postea per alium inchoabitur vbi ipse di
misit nisi sint coherentia: vt sunt vnctio et
oratio correspondens vel aliud quod perti=
net ad vnitatē actus cuius pars sit iā ince=
pta et non cōpleta totū debet resumi. ſcdm
Ray. ¶ Nota qḋ temp⁹ ordinationū nō est S
de substantia ordinis ext. de temp. ordi. sine
nec etas ordinandi. lxxvij. di. subdiaconus
nec vnctio. ex. de sacra. vnct. ca. i. nec quod
ordinandus in diaconū vel presbiterū reci=
piat manus impositionem episcopi. ext. de
sacra. iter. vel nō. cap. vltio. Nec ꝙ recipiat
ordo a ꝓprio eṗo vel ꝙ seruentur interstitia
in susceptiōe ordinis et nō oēs simul cferā
tur. ext. de tem. ordi. quod trāslationē. ꝯ ca.
litteras. Similiē nō est de substātia ordis ꝙ
ordinās ꝯ ordiat⁹ sint ieiuni ſꝫ Wil. ꝯ Host.
De missa dubiū ē an sit de substātia minorꝫ
ordinis nō est dubiū ſm Ho. ¶ Nota. ordo T
sacerdoti cferē et caracter sacerdotalis ei im
primitē qñ traditē ei ab eṗo calix cū vino ꝯ pa
tena sub debita forma verboꝝ vis. ca. pri.
ſ. et tunc datur ei ptās cōsecrandi corpus ꝯ
sanguinē xp̄i. Diacono imprimitē caracter ī
traditiōe libri euangelioꝝ ꝯ tunc datē ei pote
stas legendi euangeliuꝫ solēniter in ecclesia
quod est eius actus secūdarius in quo inclu
ditur actus principalis scꝫ dispositio eucha=
ristie videlꝫ sanguis in calice vel de manda
to episcopi vel presbiteri: aut in ardua ne=
cessitate presbitero longe posito tam corpo
ris ꝗ sanguinis pertinet ei dispensatio vt
supra pte. iiij. capitulo. viij. A. ¶ Subdia=
cono imprimitur caracter in porrectiōe cali
cis vacui ab episcopo quia ad illuꝫ pertinet

poꝛtare vasa dominici coꝛpoꝛis et sanguis. ¶ Acolito impꝛimitur carecter in acceptiōe vrceoli et candelabꝛi ꝫ pꝛecipue vꝛceoli quia eiꝰ est pꝛeparare vinū et aquā ad ministeriū dñici sacramēti. ꝫ accipit hoc ab archidiacono nō ꝙ archidiaconus hunc oꝛdinez cōferat: sed confertur in virtute verboꝛum que dicit episcopus. ¶ Exoꝛciste impꝛimit̄ carecter cum recipit libꝛum exoꝛcismoꝛum eius enim officium est exoꝛcismos memorie cōmendare manus sup cathecuminos ꝫ energuminos ponere. ¶ Lectoꝛi impꝛimit̄ carecter cum datur ei liber pꝛophetarū: da eius est officium ꝓphetias legere et cathecuminos rudimenta fidei docere. ¶ Hostiario impꝛimitur carecter cū cōferuntur ei claues ostioꝛum ecclesie qꝛ eius officiū ē dignos ad sacramenta recipere ꝫ indignos excludere. hec sumpta sunt partim a sctō Tho. super iiij. di. xxiiij. partim a canone. di. xxiij. pꝛesbiter. ꝫ capitulis sequentibꝰ. Ex pꝛemissis patet ꝙ in quolibet oꝛdine carecter impꝛimitur sicut in quolibet cōfertur ptās specialis nec carecter vnius oꝛdinis carecterē alteriꝰ pꝛesuppōit vt supꝛa ca. i. F. Nec carecter cōfirmatiōis carecteri oꝛdinis pꝛesuppōitur de necessitate: sed de cōgruitate tamē de necessi
tate carecter baptismalis pꝛerexigitur care
u cteri oꝛdinis vtsi. B. ¶ Tactus instrumentoꝝ que poꝛriguntur in collatiōe oꝛdinum: nō est de necessitate sacramenti vt dicunt qdaz: sed solum poꝛrectio illoꝛum. Tū ipsa foꝛma verboꝝ videt̄ ꝓtendere quod tactus materie sit de essentia sacramenti quia dicitur accipe hoc ⁊c. ¶ Cum pꝛesbiter oꝛdinatur episcopo cum benedicente et manus super caput eius ponente: tunc omnes pꝛesbiteri qui pꝛesentes sunt manus super caput eius teneant iuxta manus episcopi. vt. xxiij di. capitulo pꝛesbiter. Diaconus cum oꝛdinatur solus episcopus qui euz benedicit manus super caput eius ponat: quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur
x ibidem. capitulo diaconus. ¶ Episcopꝰ oꝛdinans aliquem ad sacros oꝛdines sine titulo tenetur ei vite necessaria ministrare: nisi de sua vel paterna hereditate vel aliunde habeat sustentationem. extra. de pꝛeben. capitulo episcopus. Et si episcopus contulerit alicui sacros oꝛdines ad titulum certum q̄ postea euincitur ab eo: vel casu aliquo perijt episcopꝰ tenet̄ ei ꝓuidere necessaria vite qꝛ generali obligatione tenetur episcopus clericis pꝛouidere maxime ne in obpꝛobriū oꝛdinis clericalis cogantur mendicare multas alias rationes ad hoc ponit Ho. titu. de pꝛebendis quas pertransco. ¶ Item si oꝛdinatoꝛ renunciauit episcopatui suo / vel depositus est et de suo pꝛopꝛio habet vnde possit talibus pꝛouidere tenetur eis et ad hoc cogendus est / sed nō eiꝰ successoꝛ. quin immo ꝫ heredes eius si quos habet videtur adhoc etiā obligati / quia ex hoc contractu vel quasi cōtractu oꝛitur obligatio inter oꝛdinatoꝛem et oꝛdinatum. et ideo transit actio in heredem et si oꝛdinatus negligit petere ab oꝛdinatoꝛe dum est soluendo et postea fit non soluendo tunc potest oꝛdinatus contra successoꝛem oꝛdinatoꝛis habere recursum extra. de pꝛebendis. cum secundum apostolum. in glosa. ꝙ si episcopus. iunctis glosis Innocēn. et Hostien. Et si quis pꝛesentauerit aliquem episcopo si talis persona sit cui competit ex officio examinare oꝛdinandos vt archidiaconꝰ cui de iure spectat examinatio tunc ille pꝛesentatoꝛ tenetur ei pꝛouidere et non episcopus si vero sit talis qui ex speciali mandato episcopi examinat et non ex officio. tunc nō tenetur examinatoꝛ ei pꝛouidere sed episcopus. extra de eta. et qua. accepimus. in glosa Innocen. et capitulo cū sit ars. in glosa eiusdem. et extra. de pꝛeben. cum secundum apo
stolum ibi nullo pꝛesentante. ¶ Si episco y
pus committat in genere clericos suos oꝛdinandos alteri episcopo nullis personis expꝛesse nominatis et ipse alter episcopus oꝛdinat aliquem illoꝛum sine titulo: ipse oꝛdinans tenetur ei vite necessaria ministrare: donec ei de beneficio competenti fuerit pꝛouisum / quia in culpa fuit cuz sine titulo oꝛdinare. Si vero episcopus committat alteri certas personas expꝛesse nominatas tūc oꝛdinandus tunc committens tenetur et non oꝛdinans. Episcopus autem qui licentiam dederit subdito suo per litteras dimissoꝛias vt a quocūq̄ epo oꝛdiari possit ꝫ subditꝰ ille sn̄ ti. oꝛdiatꝰ fuerit nō qui oꝛdiauit sꝫ q̄ licētiā dedit tenet̄ ei necessaria ꝓuidē ex. de ꝓbē. si epo. li. vi. ¶ Quibꝰ tpibꝰ oꝛdies sūt cōferendi et de scrutinio faciendo. Capitulū. iij.

Elebꝛari possunt sacri oꝛdines ge z
neraliter in sabbatis quattuoꝛ tēpoꝝ ꝫ i sabbō an̄ dñicā in passione et i sabbō scō pasche. lxxv. di. ca. vltimo. extra. de tem. oꝛ. de co. I alijs tēpoꝛibꝰ nemini licet sacros oꝛdines cōferre nisi soli pape. et si alijs tempoꝛibus consecrantur oꝛdinati recipiunt oꝛdinem: sed non execu

tionẽ oꝛdinis vt in dicto ca. de eo. ꝙ ca. cõsultationi. et plane hoc notat card. ext. de. tẽp. oꝛ. sup rubꝛica. li. vi. vide infra. D. ¶ Minores aũt oꝛdines licite conferunẽ ab eṗis diebus dñicis et alijs diebus solẽnibus aut festiuis aliquib⁹ sed nõ valde multis vt nõ videatur generalẽ oꝛdinationẽ facere vt in

B dicto ca. de eo. fm Host. ¶ Et põt quis oẽs minoꝛes oꝛdines recipere eodẽ die nisi consuetudo eẽt repugnãs cui⁹ ꝯtrariũ foꝛte scã dalũ generaret vt in dicto. c. de eo. et in glo. Sed vnus oꝛdo sacer cum minoꝛib⁹ vel duo sacri nullo modo vni eodem die conferãtur lxxvij. di. in singulis. et ca. quicunqꝫ. ex. de eo qui furtiue oꝛ. re. cum homo: Et qui contra hanc formã furtiue oꝛdines receperit debet deponi. lxxvij. di. ca. subdiaconus. Põt tñ recipiens subdiaconatum cũ ꝗttuoꝛ minoꝛibus furtiue eodẽ die permitti misericoꝛditer in minoꝛibus tñ oꝛdinib⁹ ministrare. et si intrauerit religionẽ et vita moꝛesqꝫ ei⁹ exegerit abbas si voluerit in alijs poterit oꝛdinibus dispensare vt in dicto ca. cũ homo. et idẽ scdm Host. si duos sacros oꝛdines simul receperit. si aũt lata prius fuerit sententia excõicantis ab eṗo oꝛdinãte i oẽs sic recipiẽtes et nihilominus receperint nõ poterit cũ eis dispensari nisi p papã. ext. de eo. ꝙ furtiue oꝛ. re. innotuit ꝓ addit Host. ꝙ papa in hoc casu de facili nõ dispensat. de pena eṗi conferentis eodẽ die ꝗttuoꝛ minoꝛes et vnũ sacrũ vel etiã duos sacros vide s. ca.

C primo. k et. l. ¶ Itẽ in die dñica posset episcop⁹ ꝯferre oꝛdinẽ sacrũ vt si in sabbato nõ posset plene ꝑficere oꝛdinationes sequenti die dñico ꝯtinuato ieiunio tam ab oꝛdinante ꝙ ab oꝛdinato põt eas ꝑficere. ꝯ vno die intelligũt oꝛdĩes collati licitoꝫ iure. ꝓ Ber. ext. de tem. oꝛ. litteras. Et in illo casu mane diei dñice sequentis trahiẽ ad vesperũ sabbati ꝑcedentis. Et sic poti⁹ in sabbato ꝙ in dñica illi oꝛdĩes cõferri censenẽ. fm Ray. Poꝛro nõ expedit sic ꝯtinuare ieiuniũ et in dñica oꝛdines cõferre nisi assit necessitas vt ꝗa impediuit infirmitas vel alia causa legitima ꝙ eos in sabbato conferre nõ potuit ꝓ dicit Innocen. sup dicto cap. litteras. ꝙ in nocte paschali possunt oꝛdines fieri nõ in alijs no

D ctibus sicut nec missa celebꝛari. ¶ Itez qui extra tempoꝛa statuta sacrum oꝛdinem receperint non debent permitti in susceptis oꝛdinibus ministrare. ex. de tem. oꝛ. ca. ij. potest tamen episcopus imposita eis pꝛimitus penitentia ꝯpetẽti sustinere vt in susceptis oꝛdinibus ministrent ex. de tem. oꝛ. cõsultationi secundũ Inno. Secus autẽ de oꝛdinibus suscipiendis fm wil. Et si talis ministrauerit in oꝛdinibus susceptis ante dispẽsationẽ sibi factam: adhuc poterit eṗus super eum dispensare vt. ix. q. ij. lugdunũ in dicto ca. consultationi nisi foꝛte fuisset sibi a superioꝛe interdicta executio ꝯ postea mini

C strasset. ¶ Duplex scrutiniũ fieri debet ante oꝛdinis collationẽ pꝛimũ debet fieri per archidiaconũ de iure ex. de officio archi. ad hec et ca. vt nostrum. Vel per alios sacerdotes et viros pꝛudentes quos a latere suo mittet eṗus ad locũ vbi celebꝛandi sunt oꝛdines ꝗ habebunt diligenter inquirere de vita oꝛdinandoꝛũ de genere patria etate. de titulo ad quẽ oꝛdinatur de loco in quo nutritur. De scientia de fide et alijs que in regula apostolica continentur de quibus habetur infra. c. pꝛoximo per totũ. Et debet inchoari hoc scrutiniũ feria. iiij. pꝛecedente sabbatum oꝛdinatiõis et durabit vsqꝫ ad ipsum sabbatũ. Et in sabbato qui pꝛobati sunt et acceptati vt digni eṗo pñtenẽ de hoc plane. xxiiij. di. quando ꝯ ca. ij sequenti. Et hoc scrutiniũ diligenter faciendum est. ex. de elect. nichil

G. Ḣ. eṗi. Et ne appꝛobatis illi qui repꝛobati fuerint clanculo se valebant imiscere: scribantur nomina pꝛobatoꝛũ in examinatione etiam in oꝛdinatiõe legitime perlecta scriptura qui inscripti fuerint solicite requirantur. Ipsaqꝫ scriptura apud episcopum vel ecclesiam conseruetur in con. oth. sacer oꝛdo. Aliud scrutiniũ fit in ipsa oꝛdinatiõe qñ oꝛdinandi pꝛesentantur eṗo ante altare cuꝫ archidiaconus dicit. Postulat sancta mater ecclesia ꝯc. ꝯ interrogante oꝛdinatoꝛe. s. eṗo scis illos esse dignos. Respondit archi. quãtuꝫ humana fragilitas fuit scio ꝯ testificoꝛ illos ad hm̃oi officij onus esse dignos. Et ꝗdam pꝛesentatoꝛ tali responsione non peccat dum tamen non loquatur contra conscientiam. vt ex. de scrutinio. ca. vnico nã quẽ nescit indignum debet estimare dignum ꝙ si archidiaconus sciuerit aliquẽ indignũ vel conscientia sua de pꝛesentando talẽ remoꝛ

H deat tunc anteꝙ veniatur ad oꝛdinationem secrete studeat episcopo intimare. Et si episcopus nolit desistere archidiaconus debet eum subtrahere et si hoc non potest sine scãdalo debet illa verba dicere tanꝙ minister ecclesie que non iudicat de occultis sed nullo modo debet crimen fratris publicare ex. de scrutinio et secundum Ray. et Hostien.

¶ Qui sine examinatiōe ordinatur si sit no
F tus et dignus non peccat: nec puniendus
est: q2 tales nō sunt examinandi. ar. xxxiiij.
di. nullus. Si vero sit ignotus quis alias
sit dignus deponendus est. xxiiij. di. ca. vlti
mo. Et a fortiori si sit ignotus et indignus
deponendus est. l. di. ex penitētibus. Si autē
sit notus et indignus deponi debet: quia cri
men suum nō prodidit. ext. de corpore vi.
exposuisti. si sit crimen graue secus de leui.
lxviij. di. ca. i. Tenetur enim ordinandus i ex
aminatione sua fateri crimina sua siue im=
pedimēta notoria iuris vel facti: nisi cuz eo
de eis fuerit dispensatum. l. di. ex penitenti
bus. ¶ Item tenetur pdere grauia et enor=
mia. que etiam post peractam penitentiam
excōmunicationem expedisit vt homicidiū
simonia in ordine. Alia autē non tenentur ma
nifestare que non impediunt ordinis execu
cutionem nec deijciunt promotum. ext. de
tem. or. ca. si. Si autē fraudulenter. defectuz
hmōi subticet: non habebit ordinis executio
nionem sic suscepti ext. de renun. nisi cū pri
dem. §. persone. Si vero confitetur et dispē
satur cum eo securus est. sm Inno. et Hos.
vt vlterius non accusetur alias sec⁹. xxxiij.
di. ca. vltimo. Si autem non dispensetur cū
eo et nihilominus ordinatur postmodū im
pedimento detecto nō admittetur sic ordinat⁹
in illo ordine. lxxxi. di. si quis sine examina
G tione. ¶ Ordinandi nō sunt rigide exami=
nandi sed summatim cū quodaz tēperamē
to et nō requiratur nimia perfectio. tria hō
in ordinādis potissime requiruntur. scz littera=
tura sufficiens / etas legitima / morū hone=
stas. et si non fuerit in his trib⁹ examinat⁹
nisi fuerit persona nota deponēd⁹ ē. xxiiij.
di. quando in glo. ¶ Inuestigare enim debent
examinatores an ordinandi fidem catholi=
cam teneāt et verbis simplicibus queāt asse
rere et cauere debent ipsi examinatores ne
aut fauoris gra aut cuiuscūq muneris cu=
piditate illecti a vero deuiant et indignuz si
ue minus ydoneū ad sacros ordines suscipi
endos epo presentent. q si aliter fecerint ille
qui indigne accesserit ab altari remouebitur et
illi qui donū spūssancti vendere conati sūt co
ram deo iā condēnati ecclesiastica dignitate
H carebunt vt in dicto ca. qm. ¶ Nichil est pe
tendū vel exigendū ab eo qui debet ordina=
ri nec debet notarius calamū suum vēdere
sed si ordinatus voluerit aliquid volunta=
rie dare licite potest id recipi cū hmōi spōta
nea oblatio nullam maculā ingerit simonie
vt. i. q. i. sicut episcopū. et ex. de simonia. c. i.
¶ Inquirāt etiā examinatores de titulo or
dinandi saltē in admissione ad subdiacona
tum et si habeat patrimoniū propriū vnde
poterit sustentari competenter potest ad illi
us ordinis susceptionē presentari et ordina
ri. Si vero non habeat tunc ostendat litte=
ras de titulo alterius ad quem ordinari de=
bet: quia si ordinetur sine titulo tenetur epi
scopus seu presentator ei necessaria pvide=
re: de hoc supra. ca. primo. K. ¶ Inquirāt
etiā de ordinibus si quos ipsi ordinandi pri
us ceperint ne q per saltū pmoueantur et de
hoc litteras videāt. nec sufficiet ordinando
in pbiterū ostendere līas ordinis diaconat⁹
tm: sed debet exhibere litteras de quolibet or
dine. Similiter et sacerdos impetit⁹ de ordi
ne suo de quolibet ordine līas ostēdere debet
nisi epus qui ordinauit eū in sacerdotem tā
te discretionis fuerit q probabiliter psumatur
eū nō ordinasse talem in sacerdotem nisi lit
teras ordinū suorū pcedentiū habuisset. ex.
de cle. pegri. ca. i. in glo. Inno. Si tñ contin
gat aliquē clericū litteras ordinū casu ali=
quo nō habere: pōt licite pbare ordines su=
os p. ij. testes. quia magis credendū est viue
voci q mortue ibidē ca. tue. xcviij. di. i. i glo
sa. ¶ Item si quis sine litteris cōmendati= I
ciis a nō suo epo fuerit ordinatus ipso iure
suspēsus est ab executiōe. et sic suspēsus cele
lebrans non incurrit irregularitatē. Si vo
a suo epo sibi fuerit administratio interdi=
cta in ordine: si postea celebret efficitur irregu
laris ext. de tem. or. cos q. li. vi. i glo. card.
¶ De etate et qualitate ordinādorū. Ca. iiij.

Ordinandus exorcista lectorē seu K
ostiariū debet eē maior infante. i.
maior septēnio Et similiter ille q
primā tonsurā recipiet ordinād⁹
in accolitū debet eē maior. xiiij. anis xxviij.
di. de his. Itē maior xvij. annis pōt ordina=
ri in subdiaconū: maior etiā. xix. annis pōt
ordinari in diaconū. et maior. xxiiij. annis i
sacerdotez scdm ius nouū. ext. de eta. et qua.
ca. generalem. in cle. secus sz antiqua iura.
vt. xxviij. di. de his. lxxvij. di. in singulis. et
maior. xxx. annis potest esse episcop⁹ vt ex.
de electione cum in cunctis. ¶ Item recipi L
ens ordinē sacrū infra etatem grauiter pec
cat et est suspēdēd⁹ ab executione ordinis su
scepti. non tamen suspensus est a iure. sm
Archi. lxxvij. di. placuit. et secundum. Ray.
et episcopus talem ordinans est suspenden
dus supra. ca. ij. I. ¶ Nota q puerilis etas

non impedit omnino susceptionem sacri or=dinis quamuis impediat executionem. nam si de facto conferatur infanti cum circumstantiis requisitis etiam sacer ordo: imprimitur caracter. Non enim requiritur consensus in recipiente ad hoc quod caracter imprimatur. sed quia ad susceptionem sacri ordinis in suscipiente requiritur vsus rationis: non tantum de honestate et ob reuerentiam sacramenti: sed etiam de necessitate precepti. Tum propter votum continentie annexum tum quia tam excellens potestas non debet conferri: nisi deuote et reuerenter suscipienti eam. ideo prohibitum est ordines sacros alicui conferre ante etatem ab ecclesia determinatam secundum Richar. di. xxv. ¶ Oportet ordinandum quedam que ad statum clericalem decent habere et quibusdam defectibus carere. Primo enim debet esse moribus pudicus. xliij. di. c. prio. in habitu honestus. xxi. q. iiij. per totum. cibo et potu temperatus. ext. de vita et hone. cle. a crapula. quod sit competenter quamuis non eminenter literatus ext. de elec. cum nobis. mansuetus et modestus. xlij di. capitulis. j. et ij. hospitalis. nam secundum Hieronimum domus clericorum debent esse communes. xvi. q. i. quem. Item debet esse doctor in predicatione. xliij. di. ca. ij. corrector viciorum per virgam discipline. lxxxvi. di. ca. ij. ¶ Item non sit percussor non sit litigiosus xlvi. di. eccc. non sit cupidus. xlvij. di. ca. ij. non lusor supple insolenter et ludis inhonestis maxime ad taxillos. ext. de vita et hone. cle. ca. clerici. non negociator. ext. ne cle. vel mo. ca. primo. nec immisceat se negociis secularibus ibidem. non sit incontinens aut cum mulieribus cohabitet. ex. de cohabita. cle. et mu. a nobis. non sit neophitus. i. nouiter ad fidem conuersus. tales enim non debent etiam ad minores ordines assumi imo nec tonsorari. ar. xix. q. iij. monasterij. Cuius ratio est tum quia non sunt experti statum ecclesie et religionis ecclesiastice / tum quia forte inciderent in superbiam si promouerentur putantes ecclesiam eis indigere. xlviij. di. quoniam lxi. di. statuimus. Item solenniter penitentes non sunt ordinandi. l. di. ex penitentibus intellige qui prius solenniter penituerunt: licet enim in talibus peccatum per penitentiam sit deletum: tamen cicatrix peccati adhuc remanet. i. q. i. ventum. secundum Ray. Que autem sit solennis penitentia: et cui imponenda. vide supra parte quinta. cap. j. B. ¶ Item non debet ordinari curialis: et dicitur curialis vno modo ille: qui quacunque conditione obligatus est curie alicuius publice potestatis: vt miles iudex aduocatus officialis histrion siue alius quicunque habens officium honestum vel inhonestum dum sit curie obligatus. et curialis illo modo dicitur a curia. Alio modo dicitur curialis qui in causa sanguinis officialis fuit: vel est. et sic dicitur curialis a cruore quasi cruorialis. sed illi qui honesta officia exercuerunt vt iudices aduocati tabelliones et huiusmodi. et hoc in causa ciuili siue pecuniaria. si absoluti fuerint a curia: possunt ad ordines admitti. alias non. lxi. di. osius episcopus. sed qui exercuerunt seua vt officiales vel milites qui sanguinem humanum fuderunt vel iudices qui in causa sanguinis ministerium exercuerunt. Similiter qui officia turpia et inhonesta publice exercuerunt non sunt ad ordines admittendi. etiam postquam dimiserint illa officia. li. di. aliquantos. ¶ Item obligatus ad raciocinia non est ordinandus sicut sunt tutores procuratores curatores et huiusmodi. hoc intellige si exercet huiusmodi administrationem pro persona seculari non miserabili: tunc non debet ordinari durante huiusmodi administratione. Qui vero exercent pro persona ecclesiastica vel etiam seculari miserabili: vt sunt cecus et pauper pupillus et vidua si aliud non impediat etiam durante administratione poterunt ordinari. lxxxvi. di. peruenit. Illi etiam qui exercuerint huiusmodi administrationem pro persona seculari si officium sit finitum et nihilominus manent ad raciocinia obligati si non est mota questio eis super hoc nec moueatur ante ordinationem: possunt promoueri nisi manifestum sit aliquem talem de dolo teneri. tunc enim episcopus ex officio suo deberet eum repellere sicut quemlibet criminosum seu infamem. ij. q. vij. alieni. Si vero in ipsa promotione questio mouetur vel antea mota est distingue: quia si questio mouetur de dolo non debent promoueri ante decisam litem. ar. lxxxi. di. tantis daniel. et in glo. et debet tempus taxari intra quod questio decidatur. ar. ext. qui filij sunt le. lator. Si autem questio moueatur de culpa tantum: talis promoueri potest non obstante actoris reclamatione: tamen lis postea procederet sicut prius et coram eodem iudice. secundum Ray. ¶ Item obligati rei publice ex administratione quam gesserunt non debent ordinari ante redditam rationem. lj. di. preterea. et in glosa. Secus si alias sunt rei publice debitores. ¶ Obli=

gatus per iuramentũ vel alio modo ad ali
quid dandum vel soluendum alteri potest
oꝛdinari: sed remanet obligatus sicut ante
et põt scribẽdo vel alia opera honesta faciẽ
do satisfacere nec obstat. liij.di.legẽ.ꝯ.liiij.
di.dcsiq.q2 illa capitula loquũt gñaliter de
perpetuo obligatis puta de seruis curialibꝰ
et hmõi. ¶ Item oꝛdinandus non debet esse
F coꝛpoꝛe viciatus vnde sponte mutilati sine
iusta causa vt ex indignatione superbia vel
impatienta siue a seipso siue ab alio in quo=
cunq3 membꝛo fuerit et si credebant obseq=
um se pꝛestare deo: vt qui se castrauerunt ꝓ
pter continentiam seruandam: repelluntur
a pꝛomotione et deijciẽdi sunt pꝛomoti.ext.
de coꝛpoꝛe viciatis significauit.et idem est
si non amisit aliquod membꝛum integrum
sed talem partem notabilẽ que defoꝛmita=
tem generaret vnde scandalum esset vt eo=
dem ti.ca.pꝛimo. Vel cũ inhabilẽ redderet
E ad officium illius oꝛdinis exequendum. vt
eodem ti.thomas. Si vero ex iusta causa ꝓ
pter lepꝛe periculum aliquis fecerit aliquod
membꝛum sibi abscidi siue ipsemet ampu=
tauerit ne reliqua membꝛa putrescerent:
talis si membꝛum sit occultum vel etiam si
manifestum. Si paruũ puta vnus digitus
dum non sit de illis cum quibus fit signum
crucis: non repellitur nec deijcitur. Similiẽ
si taliter sint nati vel inuiti sint sic mutila=
ti aut casu foꝛtuito: dum tñ non darẽt ope
ram rei illicite.lv.di.si quis absciderit.ꝯ ca.
qui partẽ.et.ca.si quis a medicis.et multis
capitulis sequentibus.ꝯ ext.de coꝛpe vi.si=
gnificauit.ꝯ ca.ex parte.le.iij. Si etiam ex
culpa sua inciderit quis in modicam infir=
mitatem ex dispensatione episcopi sui tolle
rari poterit in susceptis. secundum Innoc.
et Bern. Si vero membꝛum magnũ ꝯ ma
nifestum etiam sine culpa sua quis amisit i
pedit ab oꝛdinatione propter defoꝛmitatem
et scandalum. Et si oꝛdinatꝰ est debet cessa
re a missã et alijs solẽnibus officijs pꝛo=
pter eandem causam. a beneficio tamen nõ
remouebitur. quoniam non debet reddi affli
ctio afflicto.lv.di.si euangelica. vij.q.j.cuz
percussio. Dabitur tamen sibi coadiutoꝛ si
tale beneficium habet cui ipse deseruire nõ
posset ext.de cle.egro.capi.secundo. ¶ Itez
si pꝛesbiter partem digiti sui amiserit in ali
quo conflictu pꝛo defensione iuris sui non
tamen tantam partem quin sine scandalo
celebꝛare poterit et ex illo conflictu non fue
rit subsecutum homicidium vel mutilatio
membꝛi ex dispensatione sui episcopi pote=
rit celebꝛare.ex.de coꝛ.vi.ca.i.in glo. ¶ Itẽ
claudus admittitur ad oꝛdines nisi talis sit
qđ sine baculo ad altare accedere non posset
ar.de con.di.i.nullus cecũ vel habẽtem ma
culam in oculo que defoꝛmitatẽ generaret
et scandalum nec ius nec consuetudo admit
tit.ext.de coꝛ.vi.cum de tua. ¶ Lepꝛosi cũ
expellitur a communi cohabitatione: mul=
to foꝛtius ab oꝛdinibus si tñ is qui pꝛesby=
ter est deueniat lepꝛosus cessabit a ministe=
rio quoad sanos: sed lepꝛosis cantare pote=
rit et ministrare diuinã. vel per se pꝛiuatim
celebꝛare ẽm Wil. ¶ Gibbosus non repelli=
tur nisi sit nimia defoꝛmitas aut debilitas
qui habet plures digitos in pede ꝙ consue=
uerunt homines habere vel paucioꝛes non
repellitur. Similiter qui habet sex digitos
in manu vel duos coniunctos dummodo ex
hijs non sit impedimentum in vsu membꝛi
non repellitur. ẽm Ho.et Gosf.i. ¶ Item G
furiosi.lunatici caduci ꝯ demoniaci non de=
bent oꝛdinari etiã si ex toto liberati fuerint.
Sed si pꝛius oꝛdinati fuerint et postea ta=
les moꝛbos incurrunt abstinebunt a celebꝛa
tione vsq3 post vnum annum quo totaliter
fuerint liberati de hoc supꝛa parte.iiij.c.ij.i.
¶ Item qui non potest bibere vinum: non H
est oꝛdinandus in sacerdotem. nam quilibet
celebꝛans cõicare debet.de con.di.ij.ꝯpimꝰ.
¶ Item filij pꝛesbyteroꝛum et alij illegiti= I
me nati non sunt ad oꝛdines admittẽdi: nisi
aut monachi fiant aut in congregatione ca=
nonica regulariter viuãt.extra de filijs pꝛe=
sbyteroꝝ.capitulo pꝛimo. cuiꝰ causa tripler
assignatur ratio. Pꝛima est dignitas oꝛdi=
nis clericalis que hmõi vilibus cõferri non
debet. extra de excess.pꝛelatoꝛum inter di=
lectos. Secunda est detestatio paterni crimi
nis.extra de hereticis vergentis. Tertia quia
tales filii solent esse imitatoꝛes paterni sce=
leris.lvi.distinctione.si gens. ¶ Filij vero
sacerdotum quos susceperunt de legittima
vxoꝛe ante sacrum oꝛdinem de iure commu
ni pꝛomoueri possunt ad omnes oꝛdines et
dignitates nisi in illa ecclesia in qua patres
eoꝛum immediate fuerunt pꝛelati vel cano
nici: ibi enim non possunt succedere. octauã
questione pꝛima apostolica extrauagan.de
filijs pꝛesbyteroꝝ.ad extirpandos. Item si
pater habuit personatum alicuius ecclesie fi
lius non potest habere vicariam eiusdem ec
clesie extra.de fi.pꝛesby.Michael. ¶ Item
filius illegitimus non potest in ecclesia illa

canonicatū habere in qua pater su⁹ fuerat canonicus institutus ex. eo. ad abolendum. Sed hec prohibitio non extenditur ad nepotes secūdum Ray. Item si illegitimi ex ignorātia probabili fuerint ordinati vel nichil penitus de suo defectu scientes excusantur. Si vero veritatem nouerant et sine dispensatione se fecerint ordinari ante cōspectum dei ceciderūt quātūcūq; sit occultū sm Host. ex. e. ca. i. et dicit ibidē q̃ filius nō cogitur credere matri sue dicenti eū esse illegitimum: tamen si habet conscientiam impetret dispensationem q̃ in hoc casu satis faciliter optinebit. ¶ Si quis habens vxorem ea ignorante vel inuita ordinatur in sacerdotē postea generat filium ex ea filius promoueri potest sine dispensatione. Sec⁹ si ea cōsenciēte vel si sciuit q̃ nō cōtradicit quia tūc indigeret dispensatione. Inno. b. q̃ gof. sentire vident q̃ talis indistincte eget dispensatione. Fili⁹ episcopi potest ad sacros ordines promoueri et optinere beneficiū i ecclīa in qua pater ei⁹ prefuit si ex legitimo matrimonio ante videlȝ q̃ fuit ep̄us genitus fuit nec aliud obstat ex. de fi. pres. ad hoc. ¶ Item natus de illicito cohitu cuius pater postea contrahit cum matre eius si tempore cohit⁹ nichil obstiterit quin tunc eam in vxorē habuisse potuit filius ille per matrimoniū sequens legitimatur. Et ad omnis act⁹ legitimos admittitur. Etiam si post natiuitatē filij isti⁹ mater nupsit alteri ergo mortuo contraxit cum patre istius filij vel econuerso. Si pater duxisset aliam quā mortua duxit matrē istius filij secus vero si tempore conceptus nō posset esse matrimonium inter ipsos: quia tunc licet sublato impedimento duceret illam non legitimaretur filius ex. q̃ fi. sūt legitima. ¶ Nota q̃ ep̄us dispensare potest cū filijs sacerdotum et cū spurijs adulterinis et quibuscūq; alijs illegitime natis vt promoueri possint ad ordines minores sed nō ad sacros et ad beneficia sine cura sed non ad alia curata nec ad dignitates vel personatus q̃ hmōi nisi papa ex. de fi. pres. is. qui. lib. vj. q̃ si talis dispensatio a papa optinuerit et postea impetrauerit q̃ duo vel plura beneficia cum cura poterit optinere si in impetratione tacuerit defectum suum predictum non valet impetratio secūda vt in dicto capitu. is qui Itē si papa dispenset cū tali illegitime ad beneficium cum cura poterit virtute illius dispensationis promoueri ad parrochialem ecclesiam sed non ad personatum vel rectoriam ad quam per electionem procedi cōsueuit ar. extra de prebēdis ca. vltimo. ¶ Item illegitimi intrantes religionem q̃uis de iure communi promoueri possunt ad sacros ordines non tamen ad prelationē sine dispensatione sedis apostolice vt ex. de fide pres. c. i. et in glo. ¶ Nota etiam q̃ diuersimode dicuntur illegitimi nati. Nam proprie ille qui natus est de scorto dicitur mēzar. Qui de adultera nothus. Et quandoq; spurius nūcupatur. Spuri⁹ etiam dicitur ille qui natus est de concubina. Versus. Natus adulterio nothus manzer meretrice. De cōcubina spurius esse solet. Natus vero de concubina quo in domo tenetur quasi loco vxoris dicitur naturalis et omnes isti ab ordinib⁹ repellunt. ¶ Itē adultus sanus qui distulit baptizari postea egritudine aduenīente se fecit baptizari timore mortis promoueri non debet nisi in duobus casibus. Primo si post baptismum fides et vita eius probabiles apparuerunt. Secundo si raritas clericorum hoc exegerit lvij. di. siquis et hec dilatio baptismi q̃uis sit occultum et eam sequitur irregularitas peccatum tollitur per baptismū sequentem sed non irregularitas eo q̃ baptismus irregularitatem illam inducit. Et nichil simul et respectu eiusdem operatur duos effectus contrarios vt in glosa super capitulū siqs non est autem repellendus qui baptizatus distulit eukaristie sumptionem. ¶ Itē clericus peregrinus siue laicus in illa diocesi vbi peregrinus est non est ad aliquē ordinē admittendus sine litteris dimissorijs proprij episcopi vel alterius qui lr̄as hmōi concedere posset de hoc vide s̄ c. ij. f g. Et dicuntur peregrini siue clerici siue laici omnes qui nō sunt de episcopatu ordinantis nam nullus talis potest ab hmōi episcopo admitti legitime ad dignitatem vel ad ordines vel ad alia ecclesie sacramenta. lxxi. di. per totū ex. de parrochianis. ij. q̃. iij. Possūt tamen huiusmodi extranei in ecclesijs instituti etiam per abbates q̃ alios prelatos inferiores non tamen sine consensu et dispensatione episcopi loci vbi instituuntur. ex. de institu. ad decorem. Et possunt tales clerici peregrini admitti ad celebrandum populo publice cū sigillis quicq; epor ignotor. xcviij. di. c. i. Sufficeret etiā sigillū epi sui proprij si sit notus. lxxi. di. primatus et multo fortius per apostolice sedis mandatū. extra. de. cle. non resi. Si vero vellent in secreto celebrare ex deuo

tione sine hui⁹ literis dum tamē habuerint
literas de ordinib⁹ suis bene poterint tolera
ri ex. co. tue. secūdū ho. ¶ Et tales ad hoc ꝙ
admitantur ad executionē ordinū suoꝝ de
bent in literis ordinatorum suoꝝ habere cō
tentā hanc clausulā vel silem quē gradati
ad talem ordinē ꝓmouim⁹ lxxiij. di. in no=
mine patris. et hee litere testimoniales siue
cōmēdaticie vocantur extra. c. tue. vide §. c
N iij. b. ¶ Itē nullus seruus sine ꝯsensu dn̄i si=
ue ecclesie ordinari debet nisi prius fuerit
manumissus. i. libertati donatus. liiij. di. ca
pi. i. et ij. ex. de ser. nō ordi. de seruorū. Et si
quis seruus fugiens dominum suū et faci=
ens se per fraudem in clericum ordinari de
poni debet et domino suo tradi vt in dicto
L cap. de seruorum. Sed de seruis ordinatis
non adepta libertate distinguendum videt.
quia aut fuit ordinatus domino suo scien=
te et non contradicente et sic ordinatus eo
ipso sit ingenuus. liiij. di. si seruus sciente.
Et hoc verum est ad quoscūqꝫ ordines pro
motus fuerit Inno. et Hoss. Si vero do=
mino ignorante ordinetur vel etiam domi
no sciente et contradicente tunc si ordinat⁹
est in sacerdotem remanebit in eodem ordi=
ne: et peculium si quod habet domino suo
restituatur ꝙ si non habet peculium nec sit
qui eum redimat debet domio suo reddi ad
seruiendum ei in seruicijs que decent ordi=
nem suū vt in horis canonicis missa ꝫ hu=
M iusmodi. liiij. di. frequens. Et si cōtumax hoc
renunciat deponi debet ex. c. null⁹ in fi. Si
vero est ordinatus in diaconum tunc pro se
dabit vicarium et ipse remanebit in ordine
suscepto: alias reuocabitur in seruitutē: ni
si sit qui eum velit redimere. Et idem intel
lige de subdiacono ex. c. miramur. In alijs
ordinibus absolute reuocandus est talis in
seruitutem. liiij. di. nulli et ca. deinceps. hec
Ray. conc. Inno. ꝫ Hoss. Si autem seruus
domino nesciente et episcopo seu presenta=
tore sciente eum esse seruum ordinatur in
presbyterum vel diaconum ille efficitur li=
ber et episcopus seu presentator tenetur da
re domino duos seruos eque bonos. liiij. di
stin. si seruus absente. Si vero nec episco=
pus nec presentator nouerit eum esse seruū
fiat de eo sicut prius dictum est in secunda
O parte distinctionis. ¶ Nota ꝙ dominu⁹ in=
fra annum a tempore quo sciuit seruum su
um ordinatum: potest eum reuocare et nō
vltra. Monachum vero factum infra tri=
ennium. et quare plus temporis datur ad

reuocandum monachum ꝙ clericum est: q2
clericus publice conuersatur monachus au
tem secrete. liiij. di. si seruus sciente secun=
dum glosam. ¶ Item seruo ordinato in sa
cro ordine et domio suo postea restituto nō
licet matrimonium contrahere ex. de con=
uer. cōiu. quidam et prohibēdus est per epi=
scopum. ar. xxxvi. di. si imperator ¶ Item P
si dominus in seruum suum ordinatū ma
nus iniecerit violentas incidit in canonem
xvij. q. iiij. si quis suadente secundum In=
nocentium. alijs autem priuilegijs clericali
bus tales in seruitutem reuocati non gaude
bunt extra. de cle. coniu. Johannes et in glo
sa. ¶ Item nota ꝙ seruus ecclesie etiam ma Q
numissus et ordinatus tenetur vt non iniu
rietur illi ecclesie nec accuset eam nec testifi=
cetur contra eam et si contrafecerit poterit i
seruitutem reuocari. xij. q. ij. diaconi et capi
tulo episcopus qui mā. et capitulo octaua ex
tra. e. de famulis. tenetur etiā ad alias ope=
ras non tamen tenetur perpetuo seruire in
officio clericali nisi hoc expresse dictum sit in
manumissione et in ordinatione. ar. extra.
e. co libentius/ et ꝙuis sic fuerit expressum
non reuocabitur in seruitutem si non velit i
in ecclesia seruire in diuinis officijs nisi ad=
monitus in contumacia perseueret. extra. e.
nullus. potest etiam dominus in manumit
tendo seruum suū reseruare sibi operas spi
rituales et tunc in ordinatione deberet hui⁹
onus impositum declarari secundum Ho=
stien. e. titulo. ¶ Bigami non debent ad or R
dines admitti. xxvj. di. acutius. Multis au
tem modis contrahitur bigamia. Primo cū
quis successiue et diuersis temporibus duas
habuit vxores legitimas et vtramqꝫ cogno
scit. xxxi. q. i. aperiant. Secundo quando di
uersis temporibus habuit plures vnam de
iure alteram de facto et vtramqꝫ cognouit.
extra. de bigamis nuper. Hec enim reputat
bigamus non propter sacramenti defectuꝫ
sed propter intentionis affectum cum opere
subsecuto vt dicitur ibidē. Tertio quādo qs
habet plures vnam de iure alteram de facto
eodem tempore vel ambas de facto et cog=
nouit vtramqꝫ vt in dicto capitulo nuper.
vel si vnam corruptam duxit de facto quaꝫ
scilicet obstante impedimēto de iure non po
tuit. xxxi. q. i. quomodo extra de bigamis a
nobis. Quarto quando quis contrahit cum
vidua ab altero marito cognita. xxxij. disti.
seriatē. xxxiij. di. marti ni. Sec⁹ si vidua ista
tpe secūdi cōtract⁹ fuit virgo. xxxiij. di. ca.

fina. Quinto quando quis contraxit legitime cum corrupta a quocunque alio et hoc siue nouit eam fuisse corruptam siue non et eam cognoscat xxxiiij. di. curandum. et capitulo precipimus. Sexto si quis propriam vxorem cognouerit post quam cognita fuit ab alio siue hoc nouit siue non xxxiiij. di. si cuius. et ca. sequenti. Septimo cum quis in sacro ordine constitutus seu post quam in religione professionem fecerit contrahit matrimonium de facto cum corrupta licet non possit de iure extra. e. a nobis. xxvij. q. j. quotquot Solo primo modo istorum contrahitur vere et proprie bigamia: aliis vero modis sequentibus contrahitur interpretatiue scilicet interpretatione ecclesie. Versus.

Si ducas viduam vel quam corruperat alter.
Unam post aliam binas vel simul tua coniux.
Cognita si fuerit bigamie lege teneris.
Et si pollutam violasti virginitatem.

s ¶ Nota secundum Tho. in scripto. si quis ducit aliquam per verba de presenti et ante carnalem copulam ducit aliam de facto. sed virginem non efficitur irregularis. Si autem per ecclesiam compellitur redire ad primam statim

t cum reddit debitum irregularis efficitur. ¶ Item qui virginem defloravit et postea eam ducit in vxorem non est irregularis nec bigamus quia non diuisit carnem suam in plures neque illa. extra. eodem debitum. xxvj. di. acutius. et qui filij sunt legi. tanta. et hoc tenent Tho. Pe. Gau. Ber. Jo. in glo. xxx. q. v. qualis. Hostien. dicit quod est irregularis quia non debet recipi ad ordines is qui coniugatus fuerat nisi qui solam virginem duxerat vt in dicto capi. qualis. et pro hac opinione fuit archi. extra. de cle. coniu. clerici. li. vj. prima opinio celebrior et iustior secundum Ray. quia cum omnia precedentia legitimentur per sequens matrimonium sumitur virgo in hoc casu acsi in virginitate esset despon-

v sata Jo. vbi s. ¶ Si quis duxit vxorem quam non cognouit et ea mortua duxit aliam virginem quam cognouit vel econuerso cognouit primam virginem et non secundam non est ab ordinibus repellendus extra. e. debitum. et idem dicendum est de illo qui duxit in vxorem alterius viri mortui vxorem sed non cognitam. Si maritus accusans vxorem suam de adulterio et pendente placito compulsus ad hoc per ecclesiam reddit ei debitum irregularis est et bigamus efficitur secundum Ray. Tho.

x et Ho. Hoc puto verum nisi ipsa accusata de adulterio legitime se purgauerit. ¶ Qui ante baptismum vnam vxorem habuit alteram post vel qui dimissam ante baptismum propter fornicationem post baptismum vel ante reaccepit irregularis est. imo nulla nota bigamie tollitur per baptismum in quo solummodo peccata dimittuntur. lex autem coniugij peccatum non est. xxvj. di. vna tantum. Presbyter habens successiue plures concubi-

y nas non efficitur irregularis extra. e. quia. ¶ Bigamie non est adiuncta irregularitas de iure naturali sed de positiuo: nec est de essentialibus ordinis quod ordinatus non sit bigamus. Nam bigamus si de facto ordinaretur caracterem reciperet et ideo potest papa de irregularitate illa cum bigamo dispensare. Quis de facto raro vel nunquam dispenset: nisi subsit arduissima causa. In his enim que sunt de iure naturali vel de necessitate sacramentorum aut fidei non potest contra doctrinam apostolicam dispensare. tamen potest in aliquibus si ardua esset necessitas secundum Tho. in scripto Episcopus autem nullo modo potest cum bigamo dispensare vt colligunt quidam ex illo ca. altercationis eodem ti. li.

z vi. ¶ Nota quod bigami de communi iure priuati sunt omni priuilegio clericali et addicti foro seculari non obstante consuetudine contraria eis sub pena excommunicationis inhibitum est deferre tonsuram vel habitum clericalem vt in eodem ca. preallegato altercationis li. vi. Item si bigamus promotus fuerit ad sacrum ordinem in ipso tollerari potest ex dispensatione pape vt notat Guido super dicto capitulo altercationis. ¶ Item sexus muliebris

Aa impedit susceptionem ordinis de iure quia mulieres ordinari prohibentur. ar. xxiij. di. sacratas. vbi prohibentur mulieres sacra vasa contingere et quibus prohibetur quod minus est prohibetur quod est maius. Impedit etiam de facto quia si circa mulierem fierent exterius omnia que circa ordinatos fieri solent ordinem non susciperet: eo quod christus hoc sacramentum solum masculis et non mulieribus conferri instituit. duplici ratione. tum quia ordini competit officium doctrine inquantum omnis ordo alius ordinatur ad presbiteratum cui hoc officium precipue competit. xvj. q. j. adiicimus. Mulier autem docere non permittitur iuxta illud apostoli. i. ad Thimothe. ij. Docere autem mulieri non permitto. tum etiam quia ordo constituit ordinatum in aliquo gradu eminentie supra non ordinatos. mulier autem respectu viri statum subiectionis habet. propterea subdit apostolus cum dixerat docere mulieri non permitto neque dominari in virum. hec Ri.

Ab ¶ Hermofrodicus in quo ostenditur magis sexus virilis quam muliebris in necessitate poterit

Ac ordinari vt dicunt quidam. ¶ Item qui duxit in vxorem vilem mulierem videlicet ancillam ioculatricem vel aliquam ex illis que publicum spectaculum mancipantur licet virginem: ipsa mortua est ab ordine

Ad repellendus.xxxiiij.di.siquis viduā. ¶ Itē
maritus inuita vel nesciente vxore ordina
ri non debet ꝙ si accipit sacrum ordinē mor
taliter peccat ſm Goff. Sed per hoc non fit
preiudicium vxori.qz debet ei restitui ꝙ te=
netur ei debitum reddere sed non potest exi
gere.xxviij.di.diaconi.xxvij.q.ij.multorū.
Quod verum est ſm wil. Si factus fuerit
episcopus vel religiosus nec illa possit indu
ci ad continentiam et sic restitutus nō debet
deferre tonsuram nec habitum clericalē ni=
si hoc facere poterit sine scādalo vxoris tūc
enim tenetur ad id.et ſm Innocen. in glo.
extra.de conuer.coniu.placeet. Talis si post
mortem vxoris contrahat cū alia matrio=
nium non tenebit. Si vero maritus alicu=
ius ipsa consētiente vel sciente ꝙ nō contra
dicente ordinatus fuerit et hoc in clericū oc
cidentalis ecclesie fit vxori duplex preiudi=
cium. Unum quia oportebit eam decete=
ro continere.aliud.quia mortuo viro nō po
terit cum alio contrahere ꝙ si contrahat nō
tenebit et hoc propter constitutionē ecclesie
que dirimit mrimoniū ꝯtra eius interdictū
contractū xxviij.di.qz sunt culpe.et in glo.
et duobus capitulis sequentibus. xxxij.di.
seriatim. Clericus autem orientalis sine cō
sensu vxoris expresse promoueri non debet
secundum Ray. ¶ Si maritus ante carnis
copulam episcopo ignorante et vxore etiaz
inscia fecerit se ad sacros ordines ꝑmoueri
recipit caracterē sz nō executionē. Sz nō ꝑt
hoc dissoluit mrimoniū pri9 ꝯtctū sz marit9
sic recipiens ordines aliter ꝙ sacris canoni=
bus concedatur etiam dissoluto matrimo=
nio supple per mortem vxoris vel alio mo
do non poterit in illo ordine ministrare nec
ascendere ad alios nec aliquod officium vel
bñficiū ecclesiasticū obtinere nisi ad aliquā
religionem approbatam transierit et in ea
professus fuerit ad quod diocesan9 cū debet
inducere. Et tunc diocesanus idem poterit
cum eo super singulis premissorum dispen
sare ꝙ si religionem intrare noluerit et pro
fiteri si mulier instetterit cōpellenda erit per
censurā ecclesiasticā prius contractum ma
trimonium consūmare. In nullo enim ca=
su sacer ordo post matrimoniū contractuz
susceptus ipsum dirimit: sed tantuz impe=
dit contrahendū et dirimit post contractuz
hec in quadam extrauagānti que incipit an
Ae tique cōcertatiōi. ¶ Medici et cirurgici si in
arte sua experti nichil omiserint in vsu ar=
tis sue de contingentibus casu et super hoc

habuerint probabilē conscientiam et sere=
nam: poterunt ad ordines promoueri aliter
non ex.de eta.et qua.ad aures secūdū Ray.
Hic nota ꝙ operari de phisica non licet de
clericis in sacris vel etiam in minoribus or
dinibus constitutis dūmodo fuit sufficien=
ter beneficiati nisi gratis et pro miserabili=
bus personis vel sibi coniunctis nec etiā tūc
si poterat verisimiliter periculuz euenire qḋ
longe strictius in claustralibus est obseruā
dum. ¶ Officium autem cirurgie quod ad
vstionez vel incisionem inducit est sine om
ni exceptione talibus interdictum.ex.de ho
mici.tua nos ar.ex.de postulando.ca.i.ꝙ ex
tra ne cle. vel mo. sententiam sanguinis.
et ca.multa. Unde consulit Hosti.ꝙ ꝓmo=
uendi maxie ab opere practicali potissime
cirurgico quod ad vstionez vel incisionē re
quirit abstineant cum in nullo vacillare de
beat conscientia promouendi. ¶ Laicus ꝗ Af
oino nescit litteras non est ordinandus.ta=
men si ordinetur caracterem accipit quia ex
quo baptizatus licet non esset confirmatus
efficitur cuiuslibet alterius sacramenti su=
sceptiuus: cum baptismus sit ianua omniū
sacramentorū.xxxij.di.§.verum circa finē.
facit ad hoc.i.q.i.ventū. Hoc tamen nullo
modo debet fieri xxxviij.di oēs.sz quod ibi
dicitur ꝙ de substantia sacerdotij sūt eloqa
diuina.intellige quo ad executionē nō quo
ad ordinis susceptionē ſz Ray. ¶ Nota de Ag
coactis ad ordinē suscipiendū si sit coactio
conditionalis facta per comminationē vel cru
ciatum pro quo fugiendo subicit se ordina=
tori.vtiqz recipit caracterem.ar.lxxiiij.dist.
vbi ista.xlv.di.de iudeis.i.q.i.ꝙ quidā.nā
in tali casu volūtas est ꝯuis indiscreta sz si
coactio sit absoluta vt si oino inuitus vio=
lenter teneat sub manibus ordinatorū non
recipit caracterē sicut de baptismo dictū est
ꝯ parte.ij.c.v.i.ſm Ray. Et sic coacte ordi
natus non tenetur ad castitatem seruandā
quia non est ordinatus. De ordinato autē ꝑ
metum primo modo distingue. nam si ta=
lis fuit metus qui potuit cadere in constan=
tem virū nō tenet.ex.ꝙ met9 causa ꝑlatū ꝙ
c.cū dilect9. Hoc intelligit si tpe ordinatiōis
ꝑ metū fecit vxorē hūit poterit illa vti sine
petō: sed si nō hūerit tenet ꝯtinere si vero nō
fuerit talis met9 ꝯtinere tenebit ſz Ray.et
Ho. Et sic ordinat9 ꝑ metū vtet ꝑuilegio cle
ricali si velit vitā clicalē nisi trāsiret ad actū
Ah peit9 ꝯtrariū ſz Ray. ¶ Nota ꝙ votū castitatis
ꝯuis nō sit essentialit āneximi ordini sacro

vt patet in grecorum sacerdotibus qui non tenentur ad continentiã nec apud nos illi q̃ inuitis vxoribus ordinantur sed propter honestatem ex institutione ecclesie annexuʒ est ordini sacro votũ castitatis secũdum Tho. scda scde. q. lxxxviij. Unde subdiaconi et diaconi in sua ordinatione ꝓmittere debent se caste victuros. xxiij. di. diaconus ꝯ capi. presbyteris xxviij. distin. nullum. et capitulo se.

¶ De criminosis non ordinãdis et aliis illegitimis ordinatis. Capitulum quintum.

A Licet in mortali peccato existens ordinatus caracterẽ recipiat et si occultũ fuerit peccatum amoneri non dʒ. ar. ex. de iure iu. sicut. et in glo. tñ sic recipiens ordineʒ vel sacramentũ quodcũq̃ mortaliter peccat xl. di. multi. xcv. di. illud. ꝯ sʒ Tho. di. xxiiij. ideo ante ordinis susceptionẽ quilibet ordinãdus se ꝑparare debet per cõfessionẽ. xliiij. di. ca. vltimo. ne. s. i peccato mortali accedat qr sic accedens rem sacramenti. ꝯ gratiã nõ

B recipit. ¶ Caueat etiã ne excõmunicatus accedat ad ordinẽ suscipiendũ qm̃ si quis sciẽs se excõicatum receperit ordines a susceptis ordinib⁹ est imperpetuũ deponend⁹. Si vo non recolens factum pro quo in excõmunicationem incidit vel factũ quidem sciens sʒ iuris ignarus nesciebat se esse excõicatuʒ cũ tali si secularis fuerit non possunt archiepiscopi vel episcopi absq̃ mandato sedis apostolice dispensare. Si vero fuerit regularis tunc abbas eius post iniunctaʒ penitentiam et peractam cũ eo poterit dispẽsare: nisi fuerit factum graue et notabile pro quo excommunicatus erat. vel nisi adultus fuerit et discretus aut violenter contra obliuionẽ hui⁹ aut ignorantiã presumatur. probantur hec

C extra. de sen. ex. cum illorum. ¶ Item suspẽsus simpliciter vel interdictus nõ ordinetur quia talis durante suspensione vel interdicto ordinatus et si ordinem recipit non tñ executionem. et si ministret in illo ordine ante dispensationem deponẽdus est extra de cle.

D excõ. suspẽ. mi. latores. ¶ Item omnes homicida siue fuerit homicidiũ iustũ vel iniustum et quomõcunq̃ fiat vt si quis vindicta sanguinis dictat aut scribit aut cirurgiaʒ exercet aut vindicte sanguinis auctoritatem exhibet et in oĩbus similibus. Si inde mors fuerit subsecuta vel mutilatio membri siue hoc publicum fuerit siue occultum etiã post peractã penitentiã est ab ordinibus amouẽdus cũ quilibet talis sit irregularis. l. di. mirum. extra. de te. or. quesitum. extra de homici. is qui lib. vj. ¶ Item simoniacus i ordine qui. s. scienter ordinem adquisiuit simo- E

nice non est ad vlteriores ordines promouẽdus nec cum tali nisi per papam poterit dispensari siue sit publicum siue occultum. extra de simo. tanta. et scdm Ray. de hoc vide

infra ca. viij. ag. ¶ Item clericus ludens cũ F

laico dans mortis occasionẽ licet cõtra eius voluntatem acciderit non ascẽdet ad ordĩes superiores nec in ordĩe suo ministrabit: sed ex dispensatione episcopi in inferiori. vt puta si diaconus fuerit in ordine subdiaconat⁹ poterit ministrare ex. de homici. continebat.

